



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Iosephi Vicecomitis Ambrosiani Collegii Doctoris
Observationes Ecclesiasticæ In quo [!] de Antiquis
Baptismi Ritibus, ac Cæremonijs agitur**

Visconti, Giuseppe

Parisii, 1618

Liber III.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64585](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64585)



IOSEPHI
 VICECOMITIS
 DOCTORIS S. THEOLOGIÆ,
 AC COLLEGII AMBROSIANI
 DE
 ANTIQVIS BAPTISMI RITIBVS,
 ac ceremoniis.

Liber Tertius.

*Competentis nomen vnde ductum; & quando
 imponeretur.*

CAP. I.

QUÆM ADMODVM cateche-
 sis ceremoniæ adhiberentur,
 satis explicatum arbitror li-
 bro superiore. sequitur, vt has
 baptismi ceremonias perse-
 quar, quæ pertinent ad com-
 petentes; de quibus dicere aggrediar, si pauca
 Ee

*Competentes
 res cup ita
 dicti,*

Competentes cur ita dicti.

prius de competentis nomine dixerit. competentis nomen a simul petendo profectum quod hi, qui salutaribus aquis abluenda apparente Paschate simul baptizantur. S. Augustini de hoc etymo sententia est serm. 116. in Domin. Palmat. scribit: *competentes dicuntur simul petentes, modo confedentes nihil est aliud, quam simul petentes, et colloquentes nihil aliud est, nisi simul petentes.* & lib. de fid. & operib. cum ante peccata omnibus, qui baptizari cupiunt continentia, ieiuniis, oratione, continentis etisque salutaris poenitentiae generantur, non vindicanda esse, demonstraret: *quit: an usque adeo dissimulamus a sensibus, ut vel nos ipsos non recordemur, quam fuerit poenitentia, atque solliciti, quid nobis precipere, catechizabamur, cum sentis illius sacramentum remissus; atque ad hoc competentes etiam non intueamur oculis, qui per annos sexagesimo lauacrum regenerationis accurrunt, quibus diebus, quibus catechizantur, exoritur, antecantantur, &c. Eodem pertinent Isidorus Hisp. verba, quæ lib. 2. de Ecclesiast. offic. leguntur: *post catechumenos secundus competens gradus est; competentes autem sunt, qui iam doctrinam fidei, post continentiam vita ad Christi percipiendam festinant; ideoque appellantur competentes, id est gratiam Christi petentes.* S. August. terea Albinus Flaccus lib. de Divin. cap. de Domin. Palmat. eandem sententiam confirmat: *competentes enim, quasi simul petentes dicuntur, id est, gratiam Christi petentes.**

que his etiam egregie congruit illud Raba-
 Mauri de institut. cleric. cap. 26. *ideoque ap-
 petuntur competentes, id est, gratiam Christi peten-
 tes.* Neque vero quisquam neget, ad compe-
 tentium gradum euehendi certum, & præfina-
 tum tempus extitisse. Nam cum stata reliquis
 baptizandorum gradibus dies huius opinionis
 veritatem facile demonstrat; tum solennis
 Christi triumphus celebritate fieri solitum esse,
 multorum Patrum testimonio comprobatur:
 primo, quia nulla vel homiliarum, vel ser-
 monum, qui ante hunc diem publicè ad bap-
 tizandos habiti sunt, competentis nomen ag-
 noscit; deinde, quod in reliquis tum concio-
 nibus, tum scripturis, quæ baptizandorum
 quous modo post eum diem meminerunt, se-
 pe competentis nomen inuenies: vt in Con-
 cilio Agathensis cap. 13. quod fidei Christianæ
 principia ante dies octo competentibus ex-
 poni præcipit: *Symbolum etiam placuit ab omni-
 bus Ecclesiis una dies i. ante octo dies Dominica re-
 surrectionis publice in Ecclesia competentibus prædi-
 cari;* S. Ambrosio Epist. 33. cum, se nostræ re-
 ligionis rudimenta, quæ eodem die tradi inci-
 piabant, competentes docuisse, narrat: *sequen-
 ti die, erat autem Dominica, post lectiones, atque
 tractatum dimissis catechumenis, Symbolum aliqui-
 bus competentibus in baptisteriis tradebam Basilicæ.*
 S. August. serm. 116. in Domin. Palm. ad com-
 petent. vbi ait: *hodie fratres charissimi specialiter
 ad competentes humilitatis nostræ sermo dirigitur.*
 Ordine Romano de Domin. Palmar. qui præ-
 ter alia eius diei nomina, *Pascha petiturum, sicut*

Compe-
 tentes fie-
 bant Do-
 mica
 Palmarum.

Dominica
Palmarum
varia nomi
na.

competentium appellat : quod eo prius
baptismum petere inciperent : Dominica
gentia, qua diuersis vocabulis distinguitur
dies Palmarum, siue florum, aliqueramus
na, Pascha petrum, siue competentium, et
lauum :) Albino Flacco lib. de Digni
cap. de Domin. Palmar. qui eadem de
pter eandem causam idem nomen att
Pascha petrum, siue competentium dicitur
die symbolum competentibus tradebatur
finem Dominica Pascha solemnitate ; &
Magno, qui de ritib. Eccles. præcepto
tatus est ; sicut constat ex fragmento
Vuolfangus Lazius collegit de Domi

Dominica
Palmarum
varia nomi
na.

mar. de hac die sciendum est, quod diuersis
distinguitur hic dies Palmarum, siue florum
ramorum, osanna, Pascha petrum, siue
rium, & capita lauanium. & mox infra
petrum, siue competentium dicitur, quia
bolum competentibus tradebatur. Immo
eius rei fides hinc perspicitur, quod ex
tere incipiebant, quo certa fides regu
decim sententiis cõprehensa baptizati
di solebat, vt videre est apud Constan
thense : S. Ambrosium, Albinum Flacco
Carolum Magnum locis, quæ citantur
qui eam solenni Palmarum die exponit
se, non minus allata testimonia, quam apud
loco adducimus, facile declarant. Quo
gimus, quandoquæ alias baptismum pet
eõ fecisse intelligendum est : quod gra
cessitas ad ea detruserit. qua re posita,
præfinitum baptismo tempus expectare

baur. aut certe de singulari petitione, non si-
mil omnium accipere oportet : cuiusmodi
exempla plurima apud scriptores occurrent.

Competentes quibus in rebus à catechumenis differ-
rent ; petitionem scripto exaratam esse ; pro-
stratos humi baptismum flagitasse ;
acobiter de more baptizandos
humi collocandi.

CAP. II.

Atque exiis locis, quæ de competentium
nomine, & tempore attulimus, quem-
admodum competentes à catechumenis dif-
ferrent, cognoscere possumus. non solum e-
nim in eo videntur discrepasse : quod catechu-
menorum gradus competentium ordine prior
erat: verum etiam, quia soli competentes fla-
gitandi baptismi ius habebant. Sed, vt hæc
differentia utriusque ordinis clarius ab omni-
bus perspici possit, S. Augustini testimonium
adiiciam, quod lib. de fid. & operib. habetur.
In eo enim primò catechumenorum, tum cõ-
petentium mentio fit his verbis: quod autem fit
per omne tempus, quod in Ecclesia salubriter constitu-
tum est, vt ad nomen Christi accedentes catechume-
norum nomen accipiant: hoc fit multò diligentius,
instantius his diebus, quibus competentes vocan-
tur, cum ad percipiendum baptismum sua nomina
dederunt. Atque aliis verbis eandem sen-
tentiam Ildorus Hispalensis lib. de Eccles.

Catechu-
meni prio-
res erant
competen-
tibus.

Soli com-
petentes
baptismi
flagitandi
ius habe-
bant.

Offic. cap. 21. docuit; cum catechumeni doctrinam audiendi, competentibus rogandi baptismatis partes sic assignat: *appellantur competentes; nam catechumeni audiunt, necdum petunt: competentes iam Quasi autem hic potest, vocens, an aliam ratione competentes baptismum stularent. cui difficultati facile occurrere vna, vel altera autoritate; cum in S. Martino de cur. pro mort. geren. videre competentes nomina exhibuisse: Pascha pinquabat; dedit nomen inter alios competentes idem apud eundem perspicere possimus fid. & operibus: hoc fit multo diligentius stantius his diebus, quibus competentes cum ad percipiendum baptismum sua nomina dederunt. Ex quo sequi videtur, competentium petitionem in codicillis exaratam fuisse ne quis sit admiratus, cur, cum lib. 2. dixerim, nomen dare, ad catechumenatum rinuisse: nunc ita differam, quasi competentium ceremonia fuerit; alia erat illa, catechumenorum ordinem legebantur minis scriptio, alia, competentium obtinebant. Quamobrem, ut in illa baptis di ad fidei Christianae tyrocinia possent admitti; sic in hac, ut voti competentes enixè precabantur. In quo rursus attendenda est vetus consuetudo, quæ passim nuerat, ut prostrati humi baptismum abrent. cuius testimoniis, & exemplis abundant monumenta. Quæro enim, quem alium sensum habere videantur*

Competentium petitionem in scriptis exaratam erat.

Petitio catechumenorum à petitione competentium in quo differret. Prostrati humi baptismum flagitabant.

Et competentibus ad genua prouolutis tradi
 debent. Ponite ante oculos antiquorum bap-
 tismata. vultis, ab Apostolorum temporibus
 incipiam? vultis, post incrementa fidei Chri-
 stiane, ab iis ipsis, qui auxerunt eam? qua tan-
 dem ratione SS. Processus, & Martinianus, re-
 liquique in carcere inclusi, à B. Petro, & Pau-
 lo baptismum petierunt? de quibus in eorum
 vita legimus: *omnes abiecerunt se ad pedes A-*
postolorum, rogantes, vt baptismum ab eis perciperent.
 qui Triphoniam Decij vxorem, & Cyril-
 lam eius filiam, baptismi consequendi studio
 egisse credimus? quando in vita S. Laurent. &
 Socior. scriptum est: *Triphonia venit ad beatum*
Insinum presbyterum, & cum filia Decij Cyrilla
misit se cum lacrymis ad pedes eius, orans, vt bap-
tizaretur. quid Claudius S. Susannæ patruus?
 an putamus aliter baptismum postulasse? cum
 gesta eiusdem S. Viginis à Notariis Romanæ
 Ecclesie conscripta tradant: *nocte subssecutus*
Claudius cum duobus filiis, venit ad domum Gabi-
ni presbyteri, iactansque se ad pedes eius, dixit:
per Dominum Iesum Christum te coniuro, ne me
cantileris cum vxore, & liberis baptizare. quid
 Helena Imperatoris mater, & vxor? potuit ne
 æternæ salutis cõsulere, antequam ad S. Syluest.
 pedes volutata, baptismum flagitaret? quoniam
 Simeon Metaphrastes de vit. S. Syluest. scribit:
Indyta Imperatrix Helena, velis ablati, intra que
sedebat, audiens ea, qua dicebantur, & spectans ea,
qua fiebant, egressa est, & prociat ad sancti pedes,
occeda Christo, dicens, & rogans, ut diuinum baptis-
mus consequeretur. Nemesium vero tribunum milirum

a Ex peren-
 tique, Ms.
 codic, apud
 Sur.



aliosque plures si quis roget, quid egerit
 baptismo flagitando: si quis Basilium, Ma-
 bulum, quo habitu corporis fuerint, non
 existat, cui, præter genua flexa, quicquam
 situs placuisse videatur? de Nemesio etiam
 sociis in vit. S. Steph. pontif. Simeon
 phraestes ita scribit: *ex hoc tempore multo
 runt ad pedes beati Pontificis Stephani se pro-
 re, & cum lachrymis baptismum ab eo petere.*
 tem Basilij, & Eubili exemplum videtur
 pud Amphiloichium de vit. eiusd. Basilij
 ait: *Maximo eius urbis Episcopo innotescens
 ius se pedes abicientes, rogabant, diuinum
 ferri baptisma, siue regenerationem in Iordan-
 mine. Idem planum facere voluit Paulus
 conus de vit. S. Pelag. scorti insignis, qui
 vitæ prioris pœnitentia ductam, cum lachry-
 etum baptisma postularet, ad pedes Episcopi
 Nonni se prostrauisse, tradit his verbis:
*uens offendit Pelageam adhuc ad pedes Episcopi
 piscopi iacentem, vixque ei persuaderi potuit
 surgeret à terra. Quin & carceris custos, Lupu-
 Lupulum quendam nomine, ex graui ocu-
 rum morbo haud dubiè cæcum, ad hanc
 lauacrum accessisse videret, mentisque
 (dictu mirabile) oculorum lucem consecutus
 esse, manantibus vbertim lachrymis, ad
 pedes iacuisse dicitur, baptismum rogaturus
 vera sunt, quæ apud S. Vincent. l. 2. Specul. c. 119.
 c. 119. leguntur: *Veniens ad carcerem, cæcus
 & baptizauit eum. Tunc subito ab oculis eius
 discessit, & lumen Christi in eis emicuit, tunc
 rens custos carceris, & videns illustratum***

pedes sanctorum, & ut baptizaretur, rogavit. Ex-
 teriam illustre testimonium apud S. Augu-
 stinum lib. 2. de symb. cap. 1. vbi prostratio-
 nem, humilis petitionis nomine expressit, di-
 cens: omnes itaque humiles erant, humiliterque pe-
 trabant, orando, psallendo, atque dicendo, proba me
 Deus, &c. Præterea in vit. S. Cyrilli Episcopi,
 que ex egregiis Ms. voluminibus habetur a-
 pud Sur. multi ex gentilium multitudine, qui
 fluentem diuinæ prædicationis avidis mentis
 sine faucibus hauserant, quasi diuini moniti a-
 culeis clementer affecti, ad Cyrilli Episcopi
 pedes accidisse dicuntur, opem, & baptismum
 implorantes: quemadmodum vitæ verba de-
 monstrant: turba autem doctrinam eius audientes,
 una omnes fide, eademque voluntate ad eum accur-
 rebant, iactantesque se ad eius pedes, ita dicebant:
 credimus in Deum tuum, qui re vera magnus est,
 quando te de igne liberauit, at ille lacus in Domino,
 excipiebat omnes, Christianosque eos efficiens, bapti-
 zabat. Quibus adde Gregorij Turonensis ver-
 ba lib. 7. Hist. Franc. cap. 11. qui de Iudæis ali-
 quorab Auito Episcopo aqua lustrali expiatis
 verba faciens, eos in baptismo petendo humi
 procubuisse, sic commemorat: illi autem diu a-
 stantes, atque dubitantes, tertia die, ut credo, ob-
 tentu Pontifici coniuncti in vnum, ad eum manda-
 ta remittunt, dicentes, credimus Iesum filium Dei
 vni nobis Prophetarum vocibus repromissum; &
 ideo petimus, ut abluamur baptismo, ne in hoc de-
 licto permaneamus. gaudius autem nuncio Ponti-
 ficis, nocte sancta Pentecostes, vigiliis celebratis, ad

baptisterium foras murancum egressus est, ubi
 nis multitudo coram eo prostrata, baptismum
 uir. Et ne pluribus utar, ex Authore
 baptismi secundum usum Æthiopum
 festè intelligimus, baptismi candidatos
 flectere. & idem constat ex vestigio Eccl.

Baptizãdos
 humi collo
 cãdi origo.

Mediolanensis: ubi infantes qui lacri
 matis vnda lauandi sunt, apud celestem
 tem humi collocantur. cautum est enim

4. Actor. tit. de caremoniis, quæ, prius
 baptismus ministratur, adhibentur, in
 modum: infans in Ecclesiam inducitur. In
 mum apud sacrum fontem humi collocatur. ac
 cum supplicem eius petitionem, qui se bapti
 stular, ostendit: cum prostrati humi olim bapti
 peterant: cum significatio est sancta humilitatis
 Christianus profiteri debet. Et forte etiam ant

Prostratio
 Canonico
 rum templi
 maximi die
 Veneris
 sancti vnde
 orta.

consuetudinis imago est: cum die, qui Can
 patienti est sacer, digniore presbytero
 nente, Canonici templi maximi repetiti
 bus identidem prosternuntur. Nam horu
 petentium vices gerere, facile contende
 cum præsertim nona earum precationum
 decima pro iisdem competentibus Deo,
 litibusque adhibeantur. Veniant igitur
 gnatores huius opinionis, & sententiam
 vel ipsi iudicent, num antiquorum testi
 niis, & nostra consuetudine quicquam clari
 esse possit. Atque hæc quidem, quæ de co
 petentibus diximus, in actu petendi factæ
 sunt & alia, quæ vel præcedebant, vel leq
 bantur: quæ hoc quoque libro à nobis tra
 bantur: illa, quod ad tutè petendum dispo

variè multauerant, meminit, dicēs: *quomodo
 intermittentes inchoationis Christi sermone, ad per
 ſectionem feramur, non rursus iacentes sanctifica
 tum pœnitentia ab operibus mortui, & fide
 Deum, Baptismatum doctrina, impositum quod
 manuum, de hac enim pœnitentia, quæ bap
 tismum præcedebat, non de ea, quam post bap
 tismum edere solebant, Apostoli sententiam
 accipi oportere, præter S. Ambrosij, Beza
 dami Sasbout, & aliorum interpretationem
 illud argumento est: quoniam baptismatum
 mentio fit: & ad initum doctrina Christi
 tinere dicitur: quod solum de prima pœni
 tentia, non de secunda verè affirmari potest.
 vita etiam S. Stephani Pontificis traditur
 Olympium, qui Christi miraculorum fan
 percitus, ad Euangelij libertatem ab im
 superstitione traduci cupiebat, antequam
 tiali fonte ablueretur, iubente Sempronio
 presbytero, antea actæ vitæ peccata quam
 rime vindicasse. de quo Simeon Metaphrastes
 ita scribit: *Olympius vero cum coniuge Exa
 & unico filio Theodulo illa ipsa nocte venerunt
 ad pedes Sempronij prostrati dixerunt: nos paulo
 Christi potentiam cognouimus, verum scilicet
 illum esse, qui Nemesiæ tribuni filia oculos
 dedit. Quamobrem te precamur, ut cures nobis
 salutare baptismum in nomine Iesu Christi, quem
 prædicas. respondit Sempronius, si pœnitentiam
 tis ex toto corde vestro, benignus est Deus meus, &
 accipiet vos pœnitentiam agentes, tunc Olympium
 iamiam, inquit, faciam, &c. Hæc Simeonis
 De S. autem Gerulio, qui Cerealem, Chelidonium,**

baptismum scientem, ad omnis salutaris pœnitentię disciplinam hortatus est, gesta SS. Gerulij, Cerealis, Amantij, & Primitiui, ex egregio Ms. codice Suriij labore collecta, hæc habent: *tum s. Gerulius ad pœnitentiam eum hortabatur: simulque ei triduanum indixere ieiunium: donec diuinitus edocerentur, quid faciendum esset.* Atque huius generis exempla plurima veterũ annales suppeditant; vt, præter quæ attulimus, ex vita SS. Marcellini, & Petri, quam ex antiquis ms. codicibus excerptam Laurentius Surius publici iuris fecit, facile omnes colligere possunt, vbi quidam nomine Dorotheus, vitis omnibus a pueritia deditus, & Christiani sanguinis auidissimus, postquam a flagitiorum ceno emergere, & aquis salutarib. tingi in animum induxit: omnis antea ctæ vitæ pœnas a semetipso celestis imë exegit: is vero, (inquit Surius) qui eos decollauit, nomine Dorotheus, postea sub sancto Iulio Pontifice publicam egit pœnitentiã, & omni populo indicans, quæ vidisset, baptizatus est in senectute sua, & per bonam confessionem peruenit ad misericordiam saluatoris. Quod si etiam subsequentiũ temporum testimonia quærimus, nullius negotij erit, innumerabilem scriptorum multitudinẽ ad hunc locum adducere. Tertulianus quidem veterum consuetudinum nobilis author lib. de pœnit. cap. 6. salutaribus vitæ præceptis homines informate aggressus, peccatorum pœnitentiã cum omnes Christianos decere ait, tum præcipuè eos, qui nondum sacris initiati, Christianæ disciplinæ tyrocinia ponebãt. sic enim loquitur:

quicquid ergo mediocritas nostra ad pœnitentiam
mel capessendam & perpetuo retinendam
conata est, omnes quidem deditos Domino
omnis salutis in promerendo Deo petitorum: sed
pœnitentiis istis imminet, qui, cum maxime
piunt diuinis sermonibus aures rigare, quæ
infantia adhuc recentis, nec perfectis lamulæ
certa reprobant: & dicunt quidem profanis
re, & pœnitentiam assumunt. Constantinus
inde Imperator, cum in Gentilium more
instituta Christi disciplinam inferere
supplicium non leue de se S. Syluestri
sumpsit: ut ipsemet in edicto ad Selectos
Papam, atque omnes eius successores
tur: Beatissimus idem Syluester pater nosse

Beatis-
simi
titulo Pon-
tificis ap-
pellandi
mos vetus.
Constituti
pœnitentia
ante bap-
tismum.

ma Episcopus indixit nobis pœnitentiam
palatium nostrum Lateranense. Post vero S.
brosius exposuit in cap. 6. epist. S. Paul. ad
vt probaret, ei, qui è tenebris ad fides
accedit, antea cetera vitæ peccata dignis
tentia fructibus expianda esse, S. Petrus
monium ex Act. 2. citauit his verbis: qui
ad virtutem iturus est, primum malitiam
pare, & abiicere, & opera mortis per
purgare, & sic accedere ad Dominum. non enim
facit pœnitentia mundos facere peccatores, nisi
sim baptizentur, sicut in Actibus Apostolorum
Petrus respondisse legimus: pœnitentiam agere
tres, & baptizetur vnusquisque vestrum in
Iesu. Accedit eodem testis locuples Cy-
Hierosolymitanus, qui in catech. 2. m. v. h. g.
baptizandos ad salutaris pœnitentia
vocabatur, nam hortatur, vt diuinæ gratiæ cumulo

Fratri-
no-
mine olim
Christiani
baptizandi
vocabatur.

possint. monet enim: *pœnitentiã ergo agas o ho-*
mo, & non arcebitur a te gratia. & catech. 3. my-
 thagog. eiusdem pœnitentiã studium catechu-
 menis persuadere conatur, vt, cum ad bap-
 tismi fontem accesserint, sacrosancto mysterio
 dignose exhibeant: *incipiatis*, inquit, *stolas ve-*
stras per pœnitentiã lauare, vt ad sponsi thalamum
uocati, digni reperiamini. Atque huc referendum
 est, quod S. Ioannes Chrysostomus homil. 9.
 in cap. 6. epist. ad Hebr. explicans eundem lo-
 cum, inquit: *eos autem simul cum vita, alterius*
quisque insimulat, vt qui sint labefacti, & emoti,
& opus habent, vt fundamentum iaciant pœniten-
tie ab operibus mortuis. consilium enim S. Ioan-
 nis erat, demonstrare, pœnitentiã, quã ante
 baptismum assumebatur, sine baptismo inanẽ
 esse: vt, hoc cognito, homines baptismum diu-
 tius non differrent, quod multo clarius expli-
 cauit homil. 21. ad illuminan. vbi de patris
 sceleribus pœnas sumendas esse, antequam
 cœlestis iustitiã gratiam per baptismum quis
 adipiscatur, SS. Ioannis, & Petri testimonio
 sic demonstrat. *quod enim oporteat prius pœnituisse,*
& a prioribus destitisse malis, & sic ad gratiam
accedere, audi, quid Ioannes dicat, quod vero prin-
cipi Apostolorum baptizari debentibus, ille namque
dicit: facite fructum dignum pœnitentiã, & ne inci-
piam dicere in ra vos, Patrem habemus Abraham:
hic autem interrogantibus rursus aiebat: pœnitentiã
agite, & baptizetur quisque vestrum in nomine
Domini nostri Iesu Christi. Videtur etiam S. Au-
 gustinus hunc pœnitentiã morem docuisse li.
 de ver. & fal. pœ. vbi Christianẽ militiẽ tyrones

ideo in Ecclesia constitutos fuisse, ut
 per id tempus omnis praterite vitæ
 voluntariis pœnis eluere, & recte factis
 cœta sarcire contenderent. verba eius hæc
 ad hoc sunt catechumeni in Ecclesia constitutos
 dum baptismum expectant, unde recte præ
 habeant. Et Epist. 108. ad Seleucian. eccle
 mo, & pœnitentia Petri contra Novat
 gens, voluntariæ pœnæ ante baptismum
 susceptæ sic meminit. agunt homines ante
 mum pœnitentiam de suis prioribus peccati
 men, ut etiam baptizentur. sicut scriptum
 est in libris Apostolorum, loquente Petro ad
 baptizetur unusquisque vestrum in nomine
 Iesu Christi, & dimittentur vobis peccata
 Item lib. de fid. & operib. cum ostendit
 let, baptismum cupientibus animam
 pœnitentia abstergendas esse, suam
 tiam ex S. Pauli Epistola ad Hebræos
 mare nititur in hunc modum: unde
 qua ad Hebræos inscribitur, cum eorum, qui
 rantur, commemorarentur iniuria, postea
 nitentia à mortuis operibus: sic enim dicitur
 remittentes iniuria Christi verbum, in consuetu
 nem respiciamus: non iterum iacentes fuit
 tum pœnitentia à mortuis operibus. & fuit
 lauacri doctrina, impositionis manuum, rebapti
 nis etiam mortuorum, & iudicij æterni, hæc
 omnia pertinere ad initia neophytorum, factum
 que scriptura restatur. rursus lib. de vitib. cap. 1.
 cap. 1. eius andrem in Christianorum
 indere potissimum ea ratione conatur
 qui baptismali fonte muniendi erant, rursus
 semper

semplos dūri, ac feueri conceptas maculas
quo piaculo diluerent: triplex (inquit) mo-
agendapœnitentiæ in sacra scriptura inuenitur.
nam neque ad baptismum Christi, in quo omnia pec-
catis delentur, quisquam bene accedit, nisi agendo
pœnitentiã de uita pristina: nemo enim eligit ui-
tam nouam, nisi quem ueteris pœnitet. hoc autem
etiam auctoritate diuinorum librorum probare de-
bemus: utrum baptizandi egerint pœnitentiã, quan-
do sic Petrus: agite pœnitentiã, & baptizetur u-
nusquisque ustrum in nomine Domini nostri Iesū
Christi. & cap. 2. omnis, qui uoluntatis suæ factus
est arbiter, cum accedit ad sacramenta fidelium, nisi
cum ueteri uitæ pœniteat, nouam inchoare non po-
est. & infra: ab hac pœnitentiã soli, qui baptizan-
tur, puri immunes sunt. Similia docet Epist. 48.
& 118. & lib. quinquaginta homiliarum homil.
27. & 10. & serm. 11. ad frat. in herem. A qui-
bus non discrepant S. Paterij uerba in Act. A-
postol. 2. cum arguens eos, qui la chrymis pœ-
nitentiã testibus ad cor, & sanitatem redire
differebant, baptizandorum exemplum, quos
in seiplos uariè animaduertere, S. Petri autho-
ritas, & Ecclesię consuetudō postulabat, ad sue
opinionis confirmationem sic adhibet: Petrus
cum quosdam terribios malorum suorum consideratio-
ne susceperet, admonuit dicens: pœnitentiã agite,
& baptizetur unusquisque uestrum. dicitur enim
baptisma, premisit pœnitentię lamenta, ut prius a-
qua se suæ afflictioni infunderet, & postmodum sa-
cramento baptismatis lauarent, quæritur mente, qui
transactas culpas flere negligunt, securi uiuunt de-
mentia, quando ipse summus pastor Ecclesię huic etiã
FF

Act. 2:

Act. 2:

sacramento pœnitentiæ addendam creditur
 peccata principaliter extinguit? Nec diffinitur
 illud S. Fulgentij lib. de fid. ad Pet. cap. 10.
 nemini, qui ad lucem veritatis, & Deum
 per fidem, & pœnitentiæ vocatus est
 aditum in cœlum patere, diceret: firmam
 ne, & nullatenus dubites, exceptis illis, qui
 mine Christi suo sanguine baptizantur, qui
 minem accepturum vitam æternam, qui
 malis suis fuerit per pœnitentiæ, fidem
 sus, & per sacramentum fidei, & pœnitentiæ
 per baptismum liberatus. Et maioribus
 cessarium est, & pœnitentiæ de malis suis
 fidem Catholicam secundum regulam veritate
 re, & sacramentum baptismi accipere.
 nit eius & Beda in cap. 6. Epist. S. Pauli
 illis verbis: ipsa ab Aegyptijs separatio
 scissionem a peccatis, quam baptizandi
 Ad hoc enim profitentur, quod à Petro dicitur
 Agite pœnitentiæ. & baptizetur
 vestrum in nomine Domini nostri Iesu Christi
 quam diceret, recedite ab Aegypto: per mare
 transite. Vnde & in Epistola, qua ad Hebræos
 bitur, cum eorum, qui baptizantur, commemorat
 tur initia, posita est tibi pœnitentiæ ab operibus
 tuis. Sic enim dicit. Ideoque remittentes
 Christi verbum, in consummationem vestrorum
 non iterum iacentes fundamentum pœnitentiæ
 mortuis operibus, & fidei in Deum, lavacrum
 na, impositionis manuum, resurrectionis etiam
 tuorum, & iudicij æterni. Hac igitur
 nere ad initia neophytorum, satis aperte
 ra restatur. Quid est autem à mortuis operibus

A. 2.

...nisi ab his, quæ oportet mortificari, ut viu-
 ...mas? Theophylactus vero, cum eundem locū
 S. Pauli explicandum suscepisset, eodem mo-
 do penitentiam omnibus, qui repudiata vete-
 ri superstitione Christianorum sacris initiari
 voluissent, necessariam fuisse, docuit, scribens:
 non rursus ex integro facientes, quæ faciebatis, quan-
 do in baptismo ablundi eratis, Vt penitentiam e
 mortuis operibus, hoc est, refectionem operum Satanae.
 Quænim Christo accedit, planum est, quod peniten-
 tia ductus prioris dogmatis, & vitæ sic accedat. Mul-
 ta prætereo argumenta, eaque præclara: cuius-
 modi, sermones veterum Patrum, quibus ba-
 ptizandi admonerentur, ut ad suscipiendum
 baptismi sacramentum se pararent, & Ecclesiæ
 Mediolanensis decretum part. 4. tit. de bap-
 t. aduitor. vbi animarum curatoribus præcipitur
 ne quæpiam saluari lauacro admoueāt, quæ
 admissorum scelerum, & malæ actæ vitæ non
 peniteat. Quod si S. Paulus ad Roman. ii. af-
 firmare videtur, baptismum sine penitentia
 ministratum esse, cum ait: sine penitentia enim
 sunt dona, & Vocatio Dei, eoq; magis, quoniam
 S. Ambrosius eum locum sic exponit, dicens:
 verum est, quia gratia Dei in baptismo non quarit
 gemitum, aut planelum, aut opus aliquod: nisi solam
 ex corde professionem: tamen nemo me a suscepta
 sententia dimouerit, cum certo sciam, Apo-
 stoli verba in alium sensum accipi oportere. &
 S. Ambrosij expositionem (quod assero inui-
 tus) paulo coactiorem esse, nec videri huic lo-
 co congruere, vera enim eius loci sententia
 hæc est, tamen nunc populus Iudæorum Dei

offensionem incurrat; propterea quod
 Euangelium, & fidem obstinata mente
 nihilominus, propter primam gentilitate
 ctionem, & veterum Patrum commenda-
 tionem, Dei adhuc amor, & beneuolentia
 illum firmissimè perseuerat. Nam uocatus
 qua ex æterna præfensione, atque præfensi-
 ne aliquam promissionem semel donatum
 um pœnitere haud potest ita ut propter
 num nequitiam eam velit rescindere.
 nec præfens Iudæorum nequitia impo-
 terit, quominus Deus Abrahæ nepotem
 Deum præfeter, ut promissit. quæ inter
 & à Beda sapienter allata est, & Aposto-
 bis congruit; nam, antequam pœnitere
 minisset, de Iudæis dixerat: *secundum*
lium quidem, inimici propter uos; secundum
nam autem, charissimi propter patres, & uos
ne pœnitentia, græcus textus à uerbo quod
git, idest, quorum non possit pœnitere
qui dedit, aut promissit: quasi dicas, in
lia. Huius rei figuram, & similitudinem
 annis baptismo licet animaduertere,
 præparationem baptismi Christi fieri
 hiberi consueuerat, de eo enim ita loquitur
 Anselmus in cap. 3. Matth. *quamuis*
baptismate Christi omnia peccata posse deleri
tamen ante baptismum Christi ad pœnitentiam
*uitabat, quia uolebat eos præparare, & ap-
 tenus compuncto corde, & humiliato per
 eramentum perciperent remissionem peccatorum*
 Neque uero illud præmittendum est
 tentiæ tempus, de qua hic agimus, ad quod

Figura pœ-
 nitentiæ
 eorum, qui
 baptizandi
 erant,

ginta dies deductum esse : quemadmodum
 Cyrilli Hierosolymitani auctoritas declarat
 pro catech. ad baptizand. dum ait: Ego te admo-
 neo, proutquam Iesus, animarum sponsus, ingredia-
 tur, & amicum tuum videat, satis longum habes
 intervalum, cum pœnitentia dierum quadraginta
 tribuatur. Sed hoc intelligendum est, quandiu
 ad catechumenorum ordinem quadraginta
 diebus ante baptismum euehi solenni fuit.
 Nam, catechumenorum tempore ad decem,
 & octo dies tunc contracto, pari temporis in-
 tervallo pœnitentia agi cœpta est: sicut legen-
 tibus patet. Ex SS. autem Marcellini, & Pe-
 tri vita manuscripta, quam Laurentius Surius,
 doctrinæ fama præstans in lucem edidit, ma-
 nifestè constat, pœnitentiam a baptizandis
 publice peractam fuisse, quod non ita accipi
 volo, perinde ac omnium peccatorum, quæ
 commiserant, eos publice pœnitere oportere.
 constat enim, multa flagitia priuatim, &
 secreto concepta esse, quorum, conscientia
 solum teste, pœnas luere, satis erat. verum hoc
 ideo dictum est, quoniam multorum scelerum,
 quæ in omnium ore contrahebantur, publi-
 cam pœnitentiæ significationem præbere, o-
 pus erat, ut eos ab improba peccandi consue-
 tudine se reuocasse, fideles intelligerent. Quæ
 admodum ex singulis pœnitentiæ generib. &
 præsertim confessione cõstabit. Amplius pœ-
 nitentiâ omnibus adultis, qui Christianam re-
 ligionem suscipere cupiebãt, necessariã fuisse,
 dubitare non possumus, cum S. Aug. doctrinæ,
 & eruditionis gloria illustrem consulimus.

Pœnitentiã
 durabat 40
 dies.

Pœnitentiã
 tempus ad
 18 dies cõ-
 tractum.

Pœnitentiã
 erat publi-
 ca, & quo-
 modo id
 intelligen-
 dum.

Pœnitentiã
 omnibus
 baptizandis
 erat neces-
 sariã.

Nam lib. de vtilit. pœnitent. cap. 2. cetera
dignitatem, & fructū nobis ante oculos
stitueret, nemini, qui admissorum scelerum
pœnas de se non sumpserit, ad nouam
quam in baptismo haurimus, aditum
docuit his verbis: *omnis, qui voluntarius
est arbiter, cum accedit ad sacramenta fidei
eum veteris vite pœniteat, nouam inchoat
est. quibus similia sunt, quæ paulo post
ab hac pœnitentia soli, qui baptizantur, pœni-
munes sunt. Si enim solis pueris pœnitentia
pus non fuit, clarissimum est, eam singulis
ultis necessariam fuisse. Atque id nihil
rius à S. Fulgentio significatum est lib. 1.
ad Petr. cap. 20. dum pœnitentiæ necessitatem
ostenderet: *firmissime, inquit, tene, & non
dubites, exceptis illis, qui pro nomine Christi
guine baptizantur, nullum hominem accipere
vitam eternam, qui non hic à malis suis
pœnitentiam, fidemque conuersus, & per
tum fidei, & pœnitentiæ, id est, per bapti-
ratus. Et maioribus quidem necessarium est,
nitentiam de malis suis agere, & fidem
secundum regulam veritatis tenere, & sacra-
baptismatis accipere. Vbi non solum necesse
mentio est, verum etiam cum fidei pro-
ne comparatur, quam omnibus baptizantibus
pientibus plane necessariam fuisse, patet
est. Multa præterea alia argumenta, ex
ribus capitibus colligi possunt, quæ
breuitatis amantes, commodius suis locis
colligent.**

*Pectoris signis, conscientia excussione,
& lachrymis.*

CAP. IV.

Ed. quoniam de his rebus, quæ aliquo modo in actionem cadunt, non satis est univ-
erse loqui, conabor etiam sigillatim ea tra-
dere, ex quibus baptizandorum pœnitentia
ab omnibus perspici queat. erat autem huius
pœnitentiæ proprium, ut primo signa doloris
ex flagitiorum recordatione palam ostende-
retur: de quo S. Augustinus serm. 11. ad frat. in
hierem. his verbis loquitur: *ô compunctio sancta
sine qua adultus non prodest baptismus: & S. Ansel-
mus in cap. 3. Matth. quamvis Ioannes in bap-
tismo Christi omnia peccata posse deleri, crederet: ta-
men ante baptismum Christi ad pœnitentiam inui-
tabat quia volebat eos preparare, & aptare, quate-
nus compuncto corde, & humiliato per tantum sa-
cramentum, perciperent remissionem peccatorum.*
Pecipue autem hic dolor in pectoris percus-
sione cernebatur, quod tradidit S. Ioannes
Chryostomus homil. 21. ad illuminat. vbi vir-
tutes, Christianæq; vitæ officia, opera, & actio-
nes cum Christiani nominis splendore con-
gruentes populo persuasurus, hanc consuetu-
dinem commemorat: *audisti, quomodo genuerunt
dada sacris introducti, & pectus percusserunt, eos sti-
mulante conscientia. Tū vero singulari animi demil-
sione sua dicta, facta, & cogitata per totā vitā*

Doloris si-
gna bap-
tizandi exhi-
bebant.

Baptizandi
pectus tunc
debant.

Conscien-
tiæ excus-
sio in viu
baptizaa-
dis.



recognoscere studebant. scriptum est enim
pud S. Basilium exhortat. ad baptismum
aliquantulum conscientiam, ingredi in primo
vium anima secretius, prateritorum memoriam
pud te parumper excita. & apud S. Ambrosium
lib. 2. de sacram. cap. 7. quando dedisti
tuum, tulit lutum, & linit super oculos
significat? ut peccatum tuum fatereris, & peni-
tiam tuam recognosceres, ut penitentiam
licitorum, &c. Atque hæc ut facilius in-
delinirent, lachrymas, doloris indices, ad-
debant, quemadmodum veterum scriptura
testimonia ostendunt. legimus enim in Sa-
gorio Nazianzeno orat. 40. in sane, lachry-
chrimas baptizari cupientibus magno vultu
se, dum ait; bona auxilia erunt tibi ad ea, que
sideras, consequenda, vigiliae, ieiunia, huius-
mituritiones, orationes, lachrymae, arum
indigentium opitulatio. S. etiam Ioannes Chrysostomus
homil. 21. ad illuminat. idem confirmat: cum ad delendas
culas populum hortatur. Ait enim: *audierunt*
modo gemuerunt dudum sacris introductis, & percussis.
Et Paulinus Nolanus in panegyrico de Cels. puer. ad hanc
consuetudinem dicens, canit:

Ite procul lati stentum consortia malo.

Ut breuib. lachrymis gaudia longa metant.

Lachrymae
baptizandorum.

4. c. 4.

Præterea S. Pater. explicat. in Act. A postulat.
apertissime hæc docet: cum lachrymas, salutem
securitatem fidelibus præstare, sic allertur: *Paulinus*
rrius, cum quosdam terribos malorum suorum cogitatione
susciperet, admonuit dicens: penitentiam

baptizetur unusque vestrum, dicturus enim bap-
 tizatus, premisit penitentia lamenta, ut prius aqua se
 sine afflictionis infunderent, & postmodum sacra-
 mento baptismatis lauant. Quia igitur mente, qui
 transactas culpas flere negligunt, securi viuunt de ve-
 nia, quando ipse summus pastor Ecclesie huic sacra-
 mento penitentiam addendam credit? Denique
 hęc Bedę opinio est, atque sententia, qui ho-
 mil. in cap. 7. Marc. quicumque simulacrorum
 cultu abiecto, vnius Christi culni consecrati
 capiebant, eis eleemofyna, & lachrymis opus
 fuisse, tradit his verbis: necessaria est doctrina ve-
 ritatis, que iubet eos, qui cum pane vita descenden-
 te de celo participare desiderant, crebro eleemofyna-
 rum, lachrymarum, aliorumque iustitie fructuum la-
 namenta sua opera purgare. frustra autem Pharisei,
 frustra omnes iudei lauant manus, & à foro bap-
 tizantur, quando contemunt fonte salutaris ablu-
 i. Sed hęc videri possunt obscuriora, cum exem-
 plorum lacem non habent. vita, atque gestis
 illustanda sunt veterum heroum, quę testi-
 monis sacis, superque comprobati videntur.
 Costantinum igitur Magnum interrogo, num
 lachrymas tenere potuerit, cum ad Christi fi-
 dem adducendus, numen scelere violatum, va-
 riis peccatorum generibus sibi propitiū red-
 deret. Sanè in veterum monumentis mul-
 ta suppetunt, quę faciant huic rei fidem. Præ-
 ter alia, ipse Constantinus in edict. ad Syluest.
 quod Concil. general. rom. i. habetur, sic ait:
 Beatus idem Syluester Pater noster, urbis Romę
 Episcopus, iudixit nobis penitentia tempus intra Pa-
 triam nostram Lateranensem, in vno cilicio, vt de

Constanti-
 nilachrymę
 ante bap-
 tizum.

Pontifices
 olim Romę
 Episcopi
 vocabantur.

omnibus, quae à nobis impie peracta, atque
 disposita fuerant, vigiliis, ieiuniis, atque lachry-
 & orationibus, apud Dominum Deum miserum
 sum Christum saluatorem veniam impetrem.
 Et Simeon Metaphrastes de vit. S. Syluestri
 Constantini Magni fidem, & baptismum
 persequeretur, fletus, & lachrymarum pene-
 à S. Syluestro indictam, esse, docet in
 modum: oportet ergo, te prius ieiunare, &
 & Deum placare lachrymis, quacumque
 confitentem, deponere ergo purpuram, & duodecim
 ptem diebus, & tua regia penetrare in
 ianus, in sacco, & cinere iacens, in luctu
 tentiam. A sancto autem Basilio si quis
 quibus tandem rebus coelestes iras placare
 tenderit; hoc, opinor, respondebit, lachry-
 baptisima postulanti iuges riuos lachrymarum
 denso cum gemitu profuxisse, hoc nece-
 lud est, quod Amphilochius de vit. S. Basilii
 scribit: humi se prostravit, & cum clamore
 & lachrymis petebat. Nec mirum est, qui
 tismi caractere insigniendi erant, manibus
 bus vbertim lachrymis, antea etiam vitam
 detestatos esse; cum ceteri fideles ad diuini
 numen eis promerendum, ingentem
 chrymarum profuderint, de quo in vita S. Bas-
 bastiani ex antiquo manuscripto codice
 Surium ita legimus: sanctus Polycarpus
 Xavit eum, indixitque ei triduanum ieiunium
 accito, ad se sancto Sebastiano, tribus diebus, &
 etibus cum eo ieiunavit: orabantque pariter
 lachrymis, ut fidem nominis sui in salutem
 tis credere Dominus demonstraret. Quibus post

S. Basilij
 lachrymarum
 ante bap-
 tum.

Fidelium
 lachrymarum
 pro bap-
 tizandis.

...conclusionis veritas omnibus pater: at-
que de confessione differendi proprius locus
appertur.

De Confessione.

CAP. V.

Valde enim consentaneum est opinari,
post lachrymarum effusionem, animi sui
latebras, & vlcera sacerdotibus aperuisse; non
quali penitentiae sacramento initiarentur, sed
ut desipientiae sui insigne argumentum pra-
berent. cuius rei testimoniis plena est omnis
antiquitas. In primis Actor. 19. legimus, quos-
dam baptismi candidatos cum magno dolore
vitae noxas exposuisse. scriptum est enim: mul-
tisque cedentium veniebant, confitentes, & annun-
tiantes actus suos quem locum quamvis de con-
fessionis sacramento, quo, post baptismum,
fideles vitae maculas expiant, Gulielmus Lin-
danus lib. 4. panopl. Euang. cap. 66. Gregorius
de Valeria 3. part. dispu. 7. quaest. 9. punc. 2. Cef-
Baronius tom. 1. Annal. ac alij plures explica-
runt: tamen de confessione, baptismo praemitti
solita, intelligendum esse, Caietanus, & Lori-
nus testantur. quorum non tam ne auctoritas
monet, quam ratio. aiunt enim, de catechum.
S. Pauli doctrinam, & fidem Christianam sicut
tibus ibi sermonem esse: ac S. Lucam loqui de
is, quos paulo ante Gentilium, ac Iudaeorum
nomine appellauerat: qui nimirum antea etæ

Confessio
ante bap-
tismum.

vita pœnitentia ducti, ac præsertim super-
 tiosa artis, qua exorcistarum munera contra
 sacrilegio suo sacrum Iesu nomen immu-
 ausi fuerant, ad Paulum, peccata sua cum
 lutari detestatione confitentes, accurre-
 quam opinionem probabili coniectura
 firmant: quod ægrè quispiam sibi permissis
 Christianos neophytos, præsertim Paulo,
 impuras superstitiones tam cito reuerse-
 brosq; id argumentum continentes habere
 ac trinitate. Verum (vt dubia fortasse sibi
 testimonia omittamus) Tertullianus antio-
 mus, & nobilissimus scriptor nullum dubi-
 di locum relinquit lib. de baptis. cap. 19. in
 ceteras pœnæ salutis exercitationes
 rens, totius antea actæ vitæ noxas cum pro-
 to vitæ melioris confitendi consuetudine
 docet his verbis: *ingressuros baptismum, præ-
 bus crebris, ieiuniis, & genuculationibus, & per-
 nijs orare oportet, & cum confessione omnia
 delictorum, vt exponant etiam baptismum
 nis, tangebantur, inquit, confitentes delicta sua
 bis gratulandum est, si non publice confessionem
 quitates, aut turpitudines nostras. Et Cyrillus Hiero-
 rosolymitanus catech. i. mystagog. ad bap-
 zan. ad scelera, & peccata confessione
 genda sic hortatur: *tempus præsens est temporis
 fessionis: confiteare, que perpetrasti sine vestro
 opere, siue noctu, siue interdiu: confitearis remota
 ceptabili, & in die salutis: assistas catechesibus
 qua in illis dicuntur, memineris. dicitur enim
 deo, vt audias tantum, sed vt per fidem dicatur
 res. Idem sequentibus catechesibus**

commemorat, quæ veterem confitendi mo-
rem perspicue demonstrant. Ab hoc non dif-
crepat S. Gregorius Nazianzenus orat. 40. iii
sanc. lavac. vbi, cum plurimi, ne peccata ex-
ponere cogentur, baptismum renuerent,
confitendi verecundia S. Ioannis testimonio
sic occurrit: *ne peccatum tuum confiteri graue du-
cas, siens quo pacto Ioannes baptizauerit, ut per hu-
ius vita pudorem futuri seculi pudorem, ignomi-
namque fugias.* Et paulo post varia peniten-
tia genera, quibus baptismum promereri stu-
debant, ordine recensens, conscientia vulne-
ra patefaciendi consuetudinem tradit in hunc
modum: *quantam enim lachrymarum vim impen-
demus, ut ea cum baptismi fonte exaquari possit?*
*Tu quidem fortasse, bone, & humane agricola domi-
num suppliciter rogabis, ut ficulnea adhuc parcat, nec
eam sterilitatis accusatam adhuc succidat, verum
tibi permittat, ut stercorea undique in eam iniecas,
hoc est, lachrymas, gemitus, preces, chameunias, vi-
gilia, anima, & corporis macerationem, ac denique
conversionem eam, quæ ex peccati confessione, con-
temptumque vita genere existit. Simile est illud
S. Gregorij Nysseni orat. aduers. eos, qui differ.
bapt. cum ait: *accedite ad eum, & illuminamini,
& vultus vestri minime pudore afficiantur.* Fru-
stra enim catechumenos admonuisset ne pu-
dore à baptismo refugerent: nisi retroactam
vitam sacerdoti nudam, & apertam facere. Ec-
clesiæ consuetudo postulasset. Nec aliud sig-
nificant S. Basilij verba exhortat. ad baptiz.
quibus, ne peccata confitendi necessitate quis
à baptismo deterreatur, auctor est: *sciscitare**

aliquantulum conscientiam, ingredi in pre-
 rium anima secretus, peccatorum memoria
 te parumper excita, si enim plura sunt peccata,
 titudine ne terrearis. Accedit alia auctoritas
 Ambrosij lib. 1. de sacram. cap. 7. qui cum
 pœnitentiæ genera significat, tum vero prin-
 cipue peccatorum confessionem; ait enim
 do dedisti nomen tuum, tulit lutum, & lavavit
 oculos tuos. quid significat? ut peccatum tan-
 tereris, & conscientiam tuam recognosceris, & pœ-
 nitentiam ageres delictorum. Deinde S. Iulianus
 Chrysostomus eius rei mentionem faciunt
 mil. 10. in cap. 3. Matth. vbi de duplici gene-
 eorum, qui confitendo apud sacerdotem
 scientiæ arcana deponunt, tempus, inquit,
 fessionis aque & locis baptisate, & illius
 nisque incumbit; illis quidem, ut post peccato-
 criminum vulnera, pœnitentiâ interuenirent,
 rentur, & ad sacra mysteria redire mereantur,
 vero, ut ablatis in baptismo maculis, ad Domini
 mensam mundam iam conscientia accedant. Cum
 vero omnibus maximè conueniunt, quæ in
 lo Carpathius in cant. cantic. saepe tradidit
 præcipue exponens verba, dentes tui sicut
 lotarum: sic enim inquit: addit, ut ex
 fessione suorum scelerum, in ipso lauacro regenerati-
 nis toti mundati sint, & nise candidiores facti
 rem hominem cum malefactis suis exuerint. Ac-
 dem referendum esse censeo, quod S. Germa-
 nus Patriarcha scriptum reliquit in Theophrasti
 sacrar. cum de baptisimi sacramento loqueretur
 tur: non baptisati, qui nondum per baptisimam
 uacrum illuminati estis, qui confessi estis, & ad

... multae estis. significare enim voluit, pec-
 catorum confessionem, quae baptismo pra-
 mititur, gratiae conferendae vim non habere:
 quoniam baptismus primus alveus est, per
 quem Christus gratiam, quam in ara crucis me-
 ruit, in nos deriuat. Quod si etiam ex explorata
 fides requiritur, innumera ex veterum annali-
 bus peti possunt. quis enim leges Socratis ver-
 ba lib. 9. Tripart. cap. 29. in Alexandria ciuitate
 plurimi ad baptismum festinabant, & peccata con-
 fitebantur, neget, ingentem hominum
 multitudinem, ante baptismi sacramentum, an-
 norum omnium culpas apud sacerdotem ac-
 cussasse: quis in vita S. Pelagiae, a turpi corporis
 quaestu abstractae, mediocriter versatus, cum
 audiat Nonnum Episcopum baptismi candi-
 datae praecipientem: ^a prius autem confitere om-
 nia peccata tua, inficiari audeat, mulierem de
 superioris vitae criminibus pariter confessam
 esse: quis ad vitam Sancti Marcellini, & Petri
 locum, publicam egit penitentiam, & omni
 populo indicans, quae vidisset, baptizatus est in sen-
 tentia sua, & per bonam confessionem peruenit ad mi-
 sericordiam Dei, mentem adijciens, non intelli-
 gat, ante baptismi sacramentum, conscientiae
 noxas detegi solitas esse? cum confessionis voce
 necipsum sacramentum, quia baptismo poste-
 rius est, nec fidei professio, quia penitentia, &
 misericordiae mentio fit, accipi queat. quis Con-
 stantini Magni baptismum animo reputans, de
 quo Simeon Metaphrastes in vit. S. Syluestri
 scribit, oportet ergo, te prius ieiunare, o Imperator,
 & Deum placare lachrymis, quaecumque peccasti,

a Jacobi.
 Diacon. de
 vit. S. Pe-
 lag.

confitentem: non fateatur, magnum illum peccatorem omnium a pueritia peccatorem, confessionem celesti lactato prae-missile. In re accitata alia reperio exempla eorum, qui proleptant vitali fonte renascerentur, quicquid dicitur ex sin-dum egissent in vita, sacerdotibus expianda re. ea nos, ne similitudo satietatem parum

Confessio baptizandi profecta est a baptismo Ioannis.

mitteremus. Enim vero huius confitentis author, & constitutor Ioannes ille fontis virtute, & prophetiae spiritu in quo, qui oriturum orbi solem quasi matutinus bar antecelsit: de quo, praeter Tertullianum Nazianzenum testimonia, quae attulimus, meminit S. Basilius serm. 1. de bapt. cuiusquit: simul atque accesserat quis, & peccata quantacunque, & qualiacunque fuissent fuerat, in Iordanis flumine baptizabatur, & festim peccatorum remissionem accipiebat. Et Ioannes Chrysostomus in cap. 3. Matthei eorum, qui baptismo Ioannis tingebantur lacritatem, & studia referret: de populo dicens, quia aduenirent, ut baptizarentur ad confitentes peccata sua. Quibus locis quamvis nulla de confessionis necessitate mentione facta fuit: tamen Tertullianus eam verborum, indicauit. sicut temporis praeteritum reperere poterant memorando, & damnauisse, verba eiusdem, omnium veterum, & Cyrilli Hierosolymitani, quae quae perpetrasti, siue verbo, siue opere, siue interdiu, facile declarant. Quod non ita ligi debet, quasi solum generaliter, non latim crimina confessario expromerent.

Confessio baptizandis erat necessaria.

Baptizandorum confessio erat generalis, & in quo sentu.

Confessio baptizandis erat necessaria. Baptizandorum confessio erat generalis, & in quo sentu. Confessio baptizandis erat necessaria. Baptizandorum confessio erat generalis, & in quo sentu.

itur enim ex confessione S. Susanna loco ci-
 tato, singularia peccata cum vehemēti dolo-
 re accusata fuisse. nec alias recte dixisset Na-
 thanzenus, *grave*, aut, *pudorem*, cum utrunque
 ex singularibus peccatis oriatur; aut Basilius;
aut utrumque, & qualiacunque, quorum pri-
 mum numerum, alterum gravitatem signifi-
 cat. Potro in nodis conscientia explicandis
 hanc rationem baptizandi adhibebant, ut fla-
 grantia, & impuritates publice conceptas, magno
 quodam animi sensu palam detestarentur; at-
 que piacula sola conscientia teste contraxe-
 rant. pari dolore, & lachrymis in tutis sacerdo-
 tis auribus collocarent. utriusque aptissima
 proferam argumenta: nam, cum hominibus,
 per baptismum cœlestis iustitiæ gratiam adep-
 tis, si postmodum accensos pietatis igniculos
 voluptatum illecebris, & perniciosis rerum
 fluxarum blandimentis restinxissent, cumi pub-
 lice, tum secreto noxis animum expedire, fas
 esset; cur iis, qui nondum baptismate infecti
 erant, alterius confessionis usum præcipiamus?
 sigillatim autem, cum animi labe in tota vita
 collectas aperirent, nonne publicas, & secretas
 exhibebant? Præterea confessionis tum pub-
 lice, tum secretae testimonium ex Actorum
 verbis colligi potest cap. 19. cum dicitur: *mul-
 tique recedentium veniebant, confitentes. & annun-
 ciantes actus suos. quoniam confitendi vocem de
 secreta confessione, annunciandi autem de pub-
 lica Stapletonius exponit: ut est apud Loric-
 um in cap. 19. Actor. qui etiam fidei causa di-
 versas illas voces ἑξομολογούμενοι, καὶ ἀνα-
 γ*

Confessio
 baptizan-
 dorum
 publica, &
 atcana.

ἕλωτες adducit; eo quod ἐξομολογῆσαι
 veluti ἐξομολογῆσαι, foris quomodo libet
 παρρησιάζειν, palam, & publice denunciantur
 rum si alia argumenta requiris, publica
 plum de S. Pelagia, & aliis esto: sicut de
 culari Tertullianus lib. de bapt. cap. 18.
 locutus est his verbis: nobis gratulamur
 non publice confitemur iniquitates, aut turpitudines
 nostras, quem locum B. Rhenanus, & P. Rhenanus

Confessio-
 nis mos
 quandiu
 durauerit.

in nostram sententiam exponunt. Quae
 autem ea consuetudo perdurauerit, facilius
 libet existimare potest, quando Germanus
 triarcha, qui Leonis Isaurici Imperatoris
 qualis fuit, eius mentionem fecit, quod in
 deo dico, quasi post Germani aetatem
 eam antiquatam fuisse, iudicem; sed in
 tempora peruenisse, omnes certo intellegunt.
 Caeterum, si in re ambigua mihi libere
 coniectare, crediderim, hunc morem
 si cum adultorum baptismo delisse; tum
 caetera poenarum genera eundem finem
 ta sunt: tum etiam quod in Act. Eccles. 13.
 diolan. part. 4. tit. de bapt. adult. Parochi

Vestigium
 confessio-
 nis in no-
 stra Eccle-
 sia.

monentur, ne quempiam siue Iudaeum
 Paganum salutaribus vndis admoveant, nisi
 quam eius voluntas diligenter exploraverint.
 priorem vitae rationem deserere vere poenitentem
 nat, suorumque scelerum poeniteat, atque
 posterum abstinere statuat. quae res antiquae
 consuetudinis imago est.

De ieiunio; eius antiquitas, & usus; quique ieiunij lege obstricti essent.

CAP. VI.

Sed iam rerum ordo postulat, cum de confessione dictum sit, ut quaedam praecipua capita explicentur, quae ad Christianam satisfactionem ostendendam non parum sunt accommodata. Prius autem de ieiunio dicamus. Hec primis Apostolorum temporibus in usu non fuit: sicut Eunuchi exemplo factis baptismalibus a Philippo initiati S. Ambrosius testatur in Epist. ad Ephes. cap. 4. his verbis: postquam omnibus locis Ecclesia sunt constituta, & officia ordinata, aliter composita res est, quam coeperat: primam enim omnes docebant, & omnes baptizabant, quibuscumque diebus, aut temporibus fuisset occasio: nec enim Philippus tempus quaesivit, aut diem, quo Eunuchum baptizaret; neque ieiunium interponit. Ipsi tamen adhuc viventibus initio ipsorum argenti Ecclesiae Cornelius Centurio laudat: cuius novae regenerationis summis votis expectans, corpus ieiunio coercebat. quare scribit Amalarius Fortunatus lib. 4. de Eccles. Offic. cap. 18. hunc morem tenet nunc nostra Ecclesia in vigilia Pentecostes, quem praesignavit Cornelius, qui, ut mereretur accipere baptismum, hora nona erat ieiunans in domo sua. Quae cum ita habeant, manifestum est, liberum ea tempestate fuisse ieiunia vel inire, vel omittere. Sed postea

Ieiunia baptismalium in usu non erat initio Ecclesiae.

Ieiunium Cornelij ante baptismum.

Ieiunium inire, vel omittere, liberum erat Apostolorum tempore.



Ieiunij ne- voluntatis locum lex, & necessitas occu-
 cessitas an- factumque, vt sine legitima ciborum
 te baptif- poribus abstinentia, nullus ad diuina
 mum quã- tem baptismatis deferretur. De quo
 do incoe- nemini continget, cui in mentem veni-
 perit. tres, cum de eo loquuntur, imperandi
 lam adhibere, Authorem Constitutio-
 lib. 7. cap. 23. ante baptismum ieiunet, qui
 tizandus; Clementem Pap. I. Epistola
 fic. Sacerd. & Cleric. si quis fidelis ieiunare
 stere, & desiderat baptizari, ieiunij
 operam impendat; Concilium Carthagen-
 4. cap. 88. baptizandi nomen suum dicit,
 sub abstinentia vini, & carnum, ac maxime
 stione crebra examinari, baptismum petenti-
 S. Anselmum cap. 3. Matthi. unde de
 mens, & quidam alij sancti viri illis, qui
 vixerant, & conuersi baptizari volebant, ieiunij
 abstinentia, vel etiam plures ad preparandum
 iungebant. Potest etiam pro eadem re
 argumentum ex Tertulliano elici: nam
 bapt. cap. 19. cum varia penitentiae
 quibus baptizandi ad placandum Deum
 expianda peccata vti solebãt, referre
 posuisset; ingressuros, inquit, baptismum
 bus crebris, ieiuniis, & gencularionibus, et
 gillis orare oportet. Neque aliud inueni-
 S. Iustinus martyr, cum omnes eos, qui
 impura infidelitatis tenebris radiis diuini-
 minis illustrabantur, certam ieiunij lege-
 cendos esse, multo ante pronunciauit eccle-
 polog. ad Antonium Pium: quicumque peccata
 fuerint, & crediderint, vera esse, quia a nobis non

dicuntur, ac vivere seita posse receperint: o-
 ciborum... remissionem docentur. Cyrillus vero Hierosoly-
 mitanus catech. 3. mystagog. eos, qui baptizari
 cupiunt, monet, vt ieiunio corpus exerceant:
 qualibet (inquit) serpens in angustum intrans, depo-
 nit sententiam, & vetustatem per coarctationem
 exiit, corporeque denno toto renouatur. sic & tu in-
 tra angustam portam, & strictam, affligens te ip-
 sam per ieiunium. & paulo post celestis gratiae
 cumulum iisdem a Deo precatur, quo ieiunij
 tempus religiosè contere, & peccatorum ve-
 ram consequi possint: *saxit Deus, vt vos omnes
 carum ieiunij perficiatis, recordantes ea, qua volis
 dicta sunt, fructificantes in operibus bonis, & incon-
 taminate spiritali sponso assistentes, remissionem pec-
 catorum consequamini a Deo.* Atque huic etiam
 fauent S. Gregorij Nazianzeni verba orat. 40.
 in sanct. lauacr. vbi cum catechumeno loqui-
 tur: *bona auxilia erunt tibi ad ea, qua desideras,
 consequenda, vigilia, ieiunia, humi dormiturationes,
 orationes, lachrymae, arumna, indigentium opitula-
 tio, &c.* Nam mens eius, & consilium fuit, ea
 catechumenis tradere, quorum exercitatione,
 & vltu baptismum obtinere possent. Manifesta
 etiam huius rei testimonia legimus apud Ru-
 pertum Abbatem; vt cum lib. 4. de Diuin. Of-
 fic. cap. 19. de scrutiniij maximi tempore scribit:
*tertio quarta feria potius, quam quinta, vel sexta
 maximum scrutinium celebratur, vt ieiunantes, &
 vasa sua suscipienda gratia prapayantes, quindecim
 dies ieiunij, vsq; ad diem, quo Dominus est crucifixus,
 habeant. & paucis interiectis: dum quarta feria*

Exempla
 eorum, qui
 ieiunium
 baptismi o-
 pra milerunt.



scrutinia celebrantur, & sequentes quatuordecim
ieiunij, atque doctrinae fidei expenduntur, quae
sua pulchra, ut Luna, ad plenitudinem profin-
gulum autem exempla haec sunt. Caius
Papa I. Palmarum consuli, qui abiecit
Deorum superstitione, ad Christum
petierat, inediae tempus praefixit: videlicet
Surium de martyr. S. Calix. Pap. & loco
antiquissimis Ms. codicibus excerpto: *in*
ei Calixtus ieiunium. Caius Pontifex Mon-
priusquam baptisate initiaretur, ieiunium
gem indixit, testantibus gestis S. Sulfinae
ginis, quae Notarij Romanae Ecclesiae
runt: *indixit ergo illi Caius Episcopus ieiunium*
Triphonia Decij uxor, & filia eius Cyrella
so Christianae religionis tyrocinio, iustitiam
bytero praecipiente, corpus ieiunio excrucia-
runt, legimus enim in vita S. Sebastiani
Surium; *eas cum gaudio excepit B. Iustina*
ter, indixitque illis ieiunium ad septem dies. S.
realis, cum discussa mentis caligine purgata
retur veritatis luce, atque ab impio deum
cultu ad Christi religionem traduci cepit
S. Getulij iussu, tribus diebus inediae ieiunium
uit. quod Laurentij Suriij auctoritate
stat, in vit. SS. Getul. Cereal. Amant. &
cior, ex egregio Ms. codice referentis: *Ca-*
lius ad poenitentiam eum adhortabatur, sum-
ei triduanum indixere ieiunium. S. Domna
steaquam sacra catechesi initiata fuit, aliquot
diebus ieiunio indulgit, de quo Simeon Me-
phraestes in vita SS. Ind. & Domn. & locis
loquitur: *ille autem cum modulate divinis*

Exempla
eorum, qui
ieiunium
baptismo
praemise-
runt.

Ieiunium
Constanti-
ni ante ba-
ptisum.

et scripturas, & veneranda Christi cruce eam ob-
 spectans, tunc qui dem eam facit catechumenam: &
 postea, qua de more prius sunt, fieri à pio quodam
 Diacono: erat autem ei nomen Agapius. Illa vero
 cum & his, & ieiunio, & orationi simul vacaret,
 non minus hæc agens studebat latere, quam hæc facere.
 Nonerat itaque aliquis, qui horum esset conscius, nisi
 solus quidam Eanuchus, qui erat ei virtute similis.
 Anno ergo, quando venit tempus præstitutum, asse-
 quantur baptismum. Constantino Imperatori,
 baptismum postulanti, à S. Syluestro impera-
 tum fuit, vt ante corpus ieiunio exerceret: si-
 cur ipsemet fateatur in edict. ad Syluest. indixit
 nono præsentis tempus intra palatium nostrum La-
 teranense, in vno cilicio, & de omnibus, quæ à nobis
 impie peracta, atque iniuste disposita fuerant, vigi-
 liis, ieiuniis, atque lacrymis, & orationibus apud
 Dominum Deum nostrum Iesum Christum saluato-
 rem veniam impetremus: & Simeon Metaphra-
 stes tradit in vit. S. Syluest. oportet ergo, te prius ie-
 iunare, o Imperator: Item Nicephorus Callistus
 lib. 7. hist. Eccl. cap. 33. pro purpura saccum sumit,
 & diebus septem ieiunio, & orationi vacat, ita vt
 Syluester inserat. Idem Syluester Helenæ Impe-
 ratrici, & aliis pluribus, qui vitæ prioris tædio
 capti, lauacro baptismatis tingi postulabant,
 ciborum stas temporibus abstinentiam in-
 iunxit: si credere par est Simeoni Metaph. qui
 in vit. S. Syluest. inquit: Vir autem ille Apostoli-
 cas, omnibus in Dominum nostrum Iesum Christum
 credentibus eum propitium futurum pollicitus, cum
 illi, qui diuinum volebant asequi baptismum, ieiunium
 præcepisset, & sanctificationem, dissoluit conuentum.

G g iij

Helena an-
 te bap-
 tismum iei-
 nauit.

Ex Ms.
codic. apud
Sur.

Chromatius, urbis Romæ præfectus, peccatis
rias fraudes, & piacula, scelerum confite
ictus, S. Polycarpum adiit, opem, & de
mum petiturus. quem sanctus vir benigne
humaniter excipiens, indicto trimum
ieiunio, baptisate obsignavit, de quo in
S. Sebast. scribitur: *tunc sanctus Polycarpus*
baptizavit eum, indixitque ei triduanum ieiunium
Syranno mulier gentilis, quæ Christianæ
tix adscribi flagitabat, ante baptisati
beato Satyro Episcopo religiosa ablinere
ieiuniique lege obstricta fuit, scribente
Treuirensi in vit. S. Donati: *ut fidem ipse*
cepit, gratias Deo agens, indixit ei ieiunium,
lus Episcopus Iudæo, qui baptisati cano
eum accesserat, ægre ferenti ieiunium præ
psit, de quo apud Socratem lib. 7. histor. Eccl.
cap. 17. scriptum est: *laudavit quidem ille*
propositum: verum baptisma illi se datum non
uit, nisi prius in doctrina fidei instructus esset, ac
plures dies ieiuniis vacasset. Iudæus itaque
animi sententiam ieiunare coactus, diligentius
bat, obsecrans, ut baptizaretur. Burgundione
Theodosio Iuniore Imperante, Christi religio
nem amplexos, loci Episcopus non nisi post
fractum ieiunio corpus, baptisati sacramen
expiauit: quemadmodum tradit idem Socra
tes lib. 7. hist. cap. 30. in hunc modum: *cum*
septem dies præscripsisset ad ieiunandum, eosque in
erudiuisset, octavo die lauacro baptisati tinxit,
cum pace dimisit. Armeniorum rex Teridates, Ro
gina, soror, reliquique proceres, antequam bap
tisati compotes efficerentur, S. martyre Gre

habente, diu ieiunio operam dedere; nisi falsa
 sunt, quæ in vit. S. Greg. martyr. mag. Armen.
 apud Simeonem Metaphrastem legimus: cum
 ipse ergo triginta dies eis ieiunium imperasset, &
 rationem, ab ipso Rege incipiens, & a Regina, &
 fratre, & per eos postea, qui magistratus gerebant, &
 per ceteros demum persuadens, baptizat omnes in Eu-
 angelium. S. Gregorius Papa, cum perlarum esset,
 multos Iudæorum, qui Agrigentinum agrum
 incolabant, diuini spiritus afflatu, Christianam
 religionem amplecti velle, Faustinum Defen-
 sorem, ad Episcopum loci misit, vt, arrepta
 bene agendi occasione, mortalium gregem,
 post aliquot dierum abstinentiam, vitali fonte
 hauriret. sicut Iacobus Diaconus in vit. S. Gre-
 gor. epistolam eius ad Faustinum Defensor. refe-
 ret. ait: cum Episcopo loci ipsius loquere, vt peni-
 tentia, & abstinentia quadraginta diebus indicta,
 aut die Dominico, aut, si celeberrima festiuitas sortasse
 occurrerent, eos Omnipotentis Dei misericordia prote-
 gere, baptizet. Et demum Teudo Bauarorum
 dux, posteaquam Christianis mysteriis initiari
 postulauit, sacra catechesi, & fidei documen-
 tus imbutus, a sancto Ruperto Vangionum,
 deinde Salisburgensi Episcopo ieiunij, absti-
 nentiaque normam suscepit: scribente Suri-
 o in vita ipsius S. Ruperti: porro sanctus Rupertus in-
 dicit ieiunij, de cælestibus mysteriis Ducem insti-
 tuit, & in vera fide confirmavit, effecitque, vt de-
 monum cultui prorsus renunciaret, & postremo in
 nomine sacrosanctæ Trinitatis baptizauit. Quare
 manifestus est Glossæ error, quæ in Gratian.
 consecr. distin. 4. cap. 60. Concilij Cartha-

gineus verba, baptizandi nomen sumo de
 diu sub abstinentia vini, & carnum baptizandi
 percipiant. de consilio, non lege expolunt. et
 præterquam quod ex contextu ipso facile
 trarium deducitur, in eo etiam opinio
 ius aperte falsitatis coarguo, quod ipsi
 tibus, quorum tenera ætas cibi impatiens
 instante sacri baptismatis tempore, quæ
 certam alimoniam ad ieiunij legem subtra
 bant. Nec ego tam lenis, aut tam vanus
 qui affingere aliquid in re præsertim tan
 possim, aut velim. testis est S. Augustinus
 stol. 28. ad S. Hieronym. vbi recenset
 de animorum origine sententias, cupit
 ri, quam potissimum aduersus Pelagianos
 qui debeat: quia, inquit, tenemus de hære
 tiam tuam concincentem catholica fundatissimam
 qua & Ioviniani Vaniloquia redarguunt, ad
 sti testimonium ex libro Iob, nemo mundus in
 stituo, nec infans, cuius est diei vnus dies
 terram: Vbi ieiunare paruulos propter ipsam
 nale peccatum merito coactos esse, dixisti, nec
 uenienter abs te quero, hunc reatum anima
 traxerit, unde oporteat, eam etiam in illa
 sacramentum Christianæ gratiæ liberari. quæ
 cum de ieiunio ante baptismum intelligitur
 esse, facile apparet, quia dicit, inedia
 afflicta esse, propter maculâ originis vitio
 tractam, quæ in iis, qui Christiana facti
 perunt, penitus abolita est. Et si plura testi
 monia, vel coniecturas quaramus, ex contextu
 & veterum Patrum monumentis facile
 colligere, in quibus paruulos, cum carnis

Ieiunium
 ante bap
 tismum in
 usu etiam
 infantibus,

menorum ordini adscripti fuissent, maiora
 veteri temporis ieiunia pie, ac religiosè coluif-
 se, mentio est. Sic enim Concilium Bracaren-
 se 2. c. 9. tertio autem die, celebratis hora nona, siue
 decima missis, dimisso populo, precipiant Quadrage-
 sima seruare ieiunia, & mediante Quadragesima ex-
 signati diebus baptizandos infantes ad exorcismi
 purgationem offerre. Atque id præterea Albinus
 Flaccus testatum reliquit lib. de Diuin. Offic.
 cap. de Domin. Palmar. cum rationem capita
 abluendi assignans, hæc habet: capita lauantiu
 idcirco hunc diem appellat vulgus, quia tunc mos est la-
 uare capita infantium, qui vngendi sunt sabb. sar-
 sabb. ne forte obseruatione Quadragesima sordidati ad
 vultorum accederent. Frustra vero abluentionis
 causam in externas sordes, quadragenario tē-
 pore conceptas, retulisset, nisi etiam eos solen-
 nia Quadragesimæ ieiunia celebrasse sibi per-
 suasissimum fuisset. Quod si a quadraginta
 dierum ieiunio pueri baptizandi non fuere im-
 munes: cum hoc solennem baptismi diem præ-
 currat sequitur, etiam pueros ante baptismū
 ieiunasse. Verum, vt video, rei difficultate vr-
 gemur præcipue: quoniam infantes tandiu à
 cibis abstinere, nec tutum erat, nec suæ, aut pa-
 rentū quieti accommodatum. Quod si ita est,
 nunquam id fieri poterit. at quo die sacra ba-
 ptismatis mysteria celebrabantur, etiam eos
 integræ famem vsque ad vesperam attulif-
 se, nullus est, qui dubitet, igitur & inediam
 perferre ante baptismum potuerunt. Adde,
 quod etiam Reges, & reliqui gentium domi-
 ni, cum salutis fonte muniti postulabant in se

Infantes
 Quadrage-
 simam ob-
 seruabant.

Baptismi
 die etiam
 infantes ie-
 iunabant.

Ieiunabant
etiam Re-
ges ante
baptismū.

ieiunio animaduerrere iubebantur, vt de The-
phonia Decij vxore, & Cyrilla eius filia, He-
na, Constantino, atque Armenia Rege huius
docuimus. Quare, cum Principes natura
ciles sint ad ea eligenda, quæ magis delectant
si ante baptismum ieiunia detrectare possent,
vix est, vt credam, eos ieiunia immo
fuisse.

Fideles pro baptizandis ieiunasse; eorum, qui in
tecoste baptizandi erant, ieiunium ostendit,
deque ieiunandi occasione,
& origine.

CAP. VII.

Ieiunium
fidelium pro
baptizandis.

Immo religio ieiunij ante baptismum
fuit apud veteres, vt præter eos, qui bap-
tismi gratiam adepturi erant, sepiissime alij
Christiani in ediam perpessi fuerint: præter
veto, cum quis in cælo dignitatis gradus
stitutus, ad Christi cultum adducendus
vel grauis Ecclesiæ casus postulare videbatur.
Qua de re S. Iustinus Martyr. Orat. ad Anto-
nin. Pium sic ait: quicumque persuasi fuerint,
crediderint, vera esse, quæ à nobis traduntur, et
cuntur, ac viuere se ita posse receperint: orant
nantes, & petere à Deo priorum peccatorum rem-
sionem docentur, nobis cum illis una & orantibus
ieiunantibus. Atque summus Christiane re-
gionis Antistes ille Syluester, priusquam Con-

stantinum Imperatorem sacrosancto baptis-
mate ablueret, populo, clericisque præcepit,
ut tam pium, ac salutare opus ieiunio, & ora-
tione prouerherent, tradit enim Simeon Me-
taphrastes in vit. S. Syluest. cum autem imposuis-
set sanctus manum capiti Imperatoris, & preces de-
inde dixisset, & cum fecisset catechumenum, recessit,
& cum accessisset, quidquid erat sacri ordinis,
& ex populo eos, qui Christum consitebantur, præ-
cepit omnibus ieiunium, & preces. cui simile est,
quod refert vita S. Sebastiani, de SS. Polycar-
pi, & Sebastiani ieiunio, cum Chromatius vt-
bis præfectus in catechumenorum ordinem
lectus esset: tunc sanctus Polycarpus catechizauit
eum, iudixitque ei triduanum ieiunium: & accito
ad se sancto Sebastiano, tribus diebus, & noctibus eum
ieiunauit, orabantque pariter cum lachrymis, ut
spem nominis sui in salutem volentis credere Domi-
nus demonstraret. Existit autem hoc loco qua-
estio subdifficilis, & obscura; num etiam, qui in
diei quinquagesimi celebritate, quam græco
nomine Pentecosten dicimus, Christum bap-
tismo induebat, solita ieiunij lege tenerentur.
& causa dubitandi est: quia à die anniversario
Christi ad vitam redeuntis vsque ad eum diem
ieiunia celebrare, Ecclesiastica traditio pro-
hibebat: vt propterea nec Christianæ fidei cà-
didati à communi consuetudine videantur
immunes, cum præsertim SS. Patrum testi-
monia generatim, & vniuerse sine exceptione
intelligi debeant. His tamen nil obstantibus,
affirmantem partem tueor, & traditioni de
non ieiunando his diebus, oppono eam legem,

Ieiunium
fidelium pro
baptismo
Constantini.

A Paschate
ad Pente-
costen fide-
les non ie-
iunabant.

Ieiunabant
etiam, qui
baptizandi
erant in
Pentecoste

qua singulis baptismi fonte consecrandis
nium indicebatur. Deinde Amalarius for
natus, vir sacrarum observationum impo
sciens, non leuem ita sentiendi occasio
præbuit lib. 4. de Eccles. Offic. cap. 28. cum
hora nona sacrosancto baptismati statim ve
ba faciens, eius originem à Cornelij rem
deducit his verbis: *hunc morem tenet non
Ecclesia in vigilia pentecostes, quem præcipue
nelius, qui, ut mereretur accipere baptismum,
nona erat orans, & ieiunans in domo sua.* Nisi
propterea hora nona baptismum in Pentec
ste celebrabant, quia Cornelio ea hora da
fuit: cur non etiam ex eo, quod ille ante Pen
tecosten ieiunauit, qui eo tempore baptiz
expiandi erant, ieiunij solennia obirent? Alio
Constantini Magni exemplum, quem post
spiritali ieiunium præmississe, ex suo ipsius ob

Constanti-
nus quādo
baptizatus.

cto, Simeone Metaphraste, & Nicephoro Cal
listo manifestum est. atqui idem Pentecosten
tempore donum sacrosancti baptismati ac
cepit. quia, cum paulo post, vñ decimo Kalen
Iunij, teste Socrate lib. 1. hist. Eccles. cap. 10.
mo ad æternam vitam, & fœlicem migrationem
cœlum: & duo tantum tempora solentur bap
tismati olim decreta fuerint, spiritus in terram
lapsi celebritas, & dies Christi reuincens
memoria insignis: ex quo hic esse non potest
quod multis diebus ab vñdecimo Kalen Junij
distet: nemo qui rationis particeps sit, inuic
bitur, eius baptismum in priori contigisse. quibus
argumentis quanquam id liquido constet
stat, tamen, vt firmiter lectores sibi persuadent

nullo vnquam tempore, baptismali fonte mu-
 niendis ieiunij immunitatem datam fuisse,
 rem clarissimo S. Augustini testimonio com-
 probabo: qui serm. de Domin. in octau. Pasch.
 catechumenos ad ieiunium ita hortatur: *Nunc
 ergo dies parturitionis est, nunc tempus est, ut Mus-
 qui que abstineat se non tantum ab illicitis, sed etiā
 a quibusdam licitis, & orationibus, atque ieiunio
 vacet, quod si post Paschatis celebritatem ille
 sermo habitus est, omnes fatebuntur, etiā ante
 Pentecosten quicumque baptismo donaban-
 tur, ieiunasse. verum autem primum, verum
 igitur & extremum. Sed de occasione, & ori-
 gine ieiunandi potest hic fieri mentio: de qua
 tamen nihil certi habeo, quod affirmem:
 coniectura tamen assequar, vt aliquid elicia-
 tur, quod aut verum sit, aut non absit longif-
 sine a vero. Hæc autem bipartita est. Nam,
 cum lego, Petro corpus ieiunio affligenti, my-
 steria de sacro baptismate impertiendo enun-
 ciata: sicut S. Ambrosius Epist. 82. scribit: *quid
 etiam sibi vult scriptura, que docet, ieiunasse Petrus,
 & ieiunanti, atque oranti de baptizandis gentibus
 reuelatum mysterium?* facile adducor, vt cre-
 dam, hinc ieiunij denunciandi Patres occasio-
 nem desumpsisse. Rursum, cum Author Con-
 stant. Apostolic. scribat, Christum ducem, &
 authorem salutis nostræ, post baptismum, iei-
 unasse, vt exemplum, & regulam præscribe-
 retis, qui noua innocentie stola decorandi e-
 rant: negare non possum, à Christi ieiunio tam
 illustrem consuetudinem deritasse. Verū Au-
 thoris verba audiamus: *Ante baptismū ieiunet, a Li. 7. c. 13.**

Ieiunij an-
 te bap-
 tismum occa-
 sio, & ori-
 go.

qui est baptizandus. etenim Dominus primus baptizatus a Ioanne, & in desertum ductus, postea quadraginta diebus, & quadraginta noctibus baptizatus est autem; & ieiunavit, non ad tollendas sordes; vel quod ieiunio sibi opus esset, sed ut veritatem comprobaret, & nobis regulam praeretur, quare Dominus in suam passionem non baptizatus, neque in mortem, neque in resurrectionem huiusmodi horum adhuc venerat, sed ad aliam institutionem: ideoque ex potestate post baptismum ieiunat, ut dominus Ioannis: qui vero in eius initiatur, primum ieiunare debet, & postea baptizari.

Ieiunium ante baptismum quare institutum tempore, & modo ieiunandi.

C A P. VIII.

ET quanquam vel hic vnus locus ad ostendendum eius consuetudinis in dicendam significare potest: tamen puto etiam aliud veteres Patres in eam mentem impulsisse: nimirum in religionis nostrae mysteriis nihil inferendum esse genti, errorum tenebris oppressae. praemisso decem dierum ieiunio, sacris ritibus consueuisse, Apuleius lib. 2. & Polydorus Vergilius lib. 6. cap. 6. declarant. Vel certe ob hanc causam res sancita fuit, ut, quemadmodum propter immoderatam cibi cupiditatem, primi hominis crimen in posteros homines ethali contagione transfusum est, sic idem in baptismum

Secunda causa ieiunij ante baptismum. Gentiles, antequam initiarentur, ieiunabant.

baptismo abſtinentia duce aboleretur, Quod
 forte ſignificare voluit Leo Papa I. epift. 78.
 cap. 1. cum baptiſmi ieiunio, veterem homi-
 nem, hoc eſt, hæreditariam labem primorum
 parentum deſtrui, his verbis oſtendit: *Vt circa
 reſuandos nihil doctrina Eccleſiaſtica, nihil in ex-
 ceſſu impoſitio manuum, nihil ipſa ieiunia, qui-
 bus vetus homo deſtruitur, operentur.* Atque idem
 ex S. Auguſtino longè melius conſtat, & illu-
 ſtrius, vt eo loco epift. 28. ad S. Hieronym. de
 ieiunio paruulorum ante baptiſmum: *Ieiunare
 paruuli: propter ipſum originale peccatum merito co-
 acti eſſe, dixiſti: non incongruenter abſ te peto, &c.*
 Sed, quoniam magnam vim habet temporis
 cognitio ad perfectam rerum ſingularum tra-
 ctationem, cuius rei potiſſimum cauſa multæ
 quaſtiones oriri ſolent, illam quoque obſer-
 uationis partem, quæ multum delectationis
 habet, non omitram, Ac ieiunij quidem ini-
 tium ſi quaeratur, euidenti coniectura elicio, id
 poſt datum nomen factum eſſe, quia omnes
 ſere ſcriptores prius dandi nominis, tum ieiunij
 meminertur: ſicut Clemens Papa I. epift. 3.
*Ipſi dicit nomen ſuum, atque ab eo audiatur myſteria
 veteriæ carum, ieiunij frequentibus operam impen-
 dat, &c.* Concilium Carthaginienſe 4. cap. 85.
*baptiſandi nomen ſuum dent, & diu ſub abſtinen-
 tia vini, & carniæ, ac manus impoſitione crebra,
 examinati baptiſmum percipiant: & S. Auguſtinus
 lib. de fid. & operib. cap. 6. Videamus, vnde agi-
 tur, id eſt, vtrum ad percipiendum baptiſmum ſic
 admittendi ſunt homines, vt nulla ibi vigilet dili-
 gentia, ne ſanctiſſis canibus detur: vſq; adeo vt nec apertè*

Hh

Tertia cau-
 ſa ieiunij
 ante baptiſ-
 mum, fuit
 Adami
 peccatum.

Ieiunium
 incipiebat
 poſt nome
 datum.

adulterij perpetratores, & eius persequentes
sors a sacramento tanta sanctitatis videatur
di, qui sine dubio non admitterentur, si per
quibus eandem gratiam percepturi, iuxta
datis, abstinentia, ieiunio, exorcismis que
cum suis legitimis, & veris uxoribus ieiunio
profiterentur. Sed ego parum intercederem
mo, quando ieiunium inchoaretur, modo
to, ac definito tempore ieiunarent. quod

Ieiunij du-
ratio maior
vel minor
pro tempo-
ri tatione.
Ieiunium
vnius diei.

in omnibus, nec omni occasione ieiunarent.
Etenim, cum grauis aliqua necessitas pre-
re videbatur, vnus ieiunij dies ad bapti-
fatis erat: quemadmodum in Palmarij die
sij, ac aliorum baptismo seruatim esse
lixti, Stephani, & Sebastiani gesta testamur.
ceteris vero baptismis longius ieiunium
cedere solebat: vt, prater Cyrilli Hieroso-
mitani, S. Augustini, Socratis, Leonis
Concilij Carthaginensis 4. testimonia, quae
pra attulimus, ex singulorum exemplis, au-
thoritatibus intelligi potest. S. quidem

apud Sur-
ex Ms. cod.
Ieiunium
triū dierū.

lem, post transactum ieiunio triiduum,
genitali ablutum fuisse, vita SS. Genetij
alis, Amantij, & sociorum clare demum
Quod etiam de Chromatio vrbis Praetorij
Iudaeorum multitudine in vita S. Seba-
Athanasio exhort. ad Monach. & Syno-
cana 2. Act. 4. perspicuum est. Triplici
cij vxor, & filia eius Cyrilla ex vita S. Lu-
tij, & sociorum autoritate, Constantini
perator, teste Nicephoro Callisto lib. 7. cap. 33.
cap. 33. & Burgundiones authore Socrate
7. histo. cap. 30. priusquam salutare la-

percipere, septem diebus carnis vim, impetumque ieiunio, & abstinencia fregerunt, atque
 scriptis SS. Hilarij can. 15. in Matth. & Anselmi
 in cap. 3. Matth. testimonio confirmatur. Rupertus
 Abbas lib. 4. de Diuin. Offic. cap. 19. & Nicetas
 Choniates lib. 2. thesa. orthod. fid. & de ordine,
 qui tunc obseruatur, cum quis a Sacramento
 ultimo ad nostram fidem transfugit, quibus
 decem dierum ieiunij meminere. Glossa in Gratiani
 de consecrat. distin. 4. cap. 60. Concilij
 Carthaginensis 4. cap. 85. statutum de hac re
 ad viginti dies exponit. Simeon Metaphrastes
 de vit. S. Gregor. martyr. magnæ Armeniæ ca. 34.
 Terdati Armeniorum Regi triginta dierum
 ieiunium imperatum fuisse, tradit S. vero Gregorius
 Pontifex I. epist. 24. cuiusdam Episcopo præcepit,
 vt Iudæos in agro Agrigentino baptizari cupientes,
 indicta quadraginta dierum abstinencia,
 ad Christi onile aggregaret. Ex quibus facile
 omnes intelligere possunt, libere fuisse Episcopis,
 breuius, longiusve ieiunium præscribere,
 prout scelerum magnitudo postularet, vel alias
 expedire, visum fuisset. Iam illud etiam
 extremo loco de ieiunio tradendum, quomodo
 baptizandi ieiunarent, nam et ieiunandi
 modus, & ratio singularem traditionem
 requirit, tamen non videtur a proposito
 alienum, quod huius loci proprium est,
 huc inferere: cum præsertim modus minus
 fuerit, & singularis: in quo nimirum non
 modo a cibis consuetis, sed etiam a vino
 abstinerent. Et ne quis fingi à me putet,
 verba Concilij Carthaginensis 4. cap. 85. subiiciam,

¶ ij

Ieiunium septē dierū

Ieiunium quindē dierū

Ieiunium viginti dierū

Ieiunium 30 dierū

Ieiunium quadraginta dierū

Ieiunium breuius, longiusve Episcopi arbitrio

Ieiunium
baptizan-
doru abiq;
vino.

Ieiunium
aridum in
hebdoma-
da sancta
Christianis
in vsu.
Vestigium
ieiunij ante
baptismum
durat Me-
diolani.

vt volentibus item praesto sint: baptizandi mensuram dent, & diu sub abstinentia carnis, ac manus impositione crebra exercitissimum percipiant. Quem locum Gratianus consecrat. distinct. 4. cap. 60. & Glossa in hanc sententiam explicarunt. collegit terea ex eo, quod omnes Christiani alumni olim, hebdomadae sanctionis siccis cibis vescabantur: sicut alibi operari loco probabimus. non videtur autem consentaneum, novos Christi militum veteranis aliquid de pietatis intentione cessisse. quare merito, iureque optimo Eccl. Mediolan. par. 4. tit. de baptizandis cautum est, eos, qui baptismum periculis graua abstinentia exerceri, vt & veterum suetudinis memoria renouetur, & alium suscipiendum paratiores accedant.

De Abstinentia ab vxore, & balneo

C A P. IX.

Baptizandi
abstinebat
ab vxore.

Proximum est, vt doceam, viros vxoribus longam animi, corporis testimoniam coluisse ad quem morem Ioannes Chrysostomus catech. i. ad illud cum ait: *in tanti praeceptione mysterij conuenit, & totius secularis sollicitudinis laxare, multa ornatum esse continentia, modum ardere, &c.* Nihil enim aliud fuisse potest, continentia ornari, quam a coniugis eciam

...finere, quoniam de turpitudine, nefariisq;
 ...dinibus fugiendis admonere, superuaca-
 ...um erat: quippe quod illicitæ voluptates nõ
 ...magis catechumenos, quam ceteros Chri-
 ...ianos dedecant. Atque hæc coniectura eo
 ...probabilior efficitur, quod S. Hieronymus si-
 ...mili loquendi formula vsus est. referens enim
 ...clara studia, & actiones, in quibus catechu-
 ...meni versari debebant, eosq; diuinæ sapientiæ
 ...facibus ad studium pœnitentiæ salutaris accē-
 ...dens, ep. 83. ad Ocea. sic scribit: *audi, ant catechu-
 ...men, qui fides sunt candidati, ne uxores ducant ante
 ...baptisma, ne honesta iungat matrimonia. qui locus
 ...nuptiarum celebritate catechumenis interdi-
 ...cit. Atqui uxorem ducere, vetitum erat, vt à
 ...corporis voluptate putos se, & integros serua-
 ...rent: credendum igitur, etiam cum duxissent,
 ...vt non fuisset. Verum coniectura sæpe fallax;
 ...gitur adiuetur testimoniis. S. Gregorius Na-
 ...tanzenus orat. 40. in sanct. bapt. cœlestis ba-
 ...ptismi cupidus enixè precatur, vt, quandiu in
 ...catechumenorum ordine constituti fuerint,
 ...conubij iure non vtantur. ait enim: *hoc vnum
 ...ate pisco, vt & a domino securitatem accipias, ac vi-
 ...tibus hoc dono rependas, vt certo tempore, hoc est,
 ...quandiu a signatum orationi tempus, omni occupa-
 ...tione præstabilis fuit, a re uxoria abstinere, idque ex
 ...vniuersi pacto, & consensu: non enim legem sancti-
 ...mus, sed consilium damus, ac tuorum aliquid ad vi-
 ...tutem tuam, communemque viriusque nostrum se-
 ...curitatem, accipere volumus.* & S. Augustinus lib.
 ...de fid. & operib. cap. 6. cum aduersus eos, qui
 ...sæpe discrimine omnes ad cœleste lauacrum*

H h iij

Catechu-
 menis veti-
 tum erat v-
 uxorem du-
 cere.

admittendos esse, dicebant, acriter in
multa, quibus aeternum Regem propiti
enumerat. inter quæ viri, & vxoris con
tjæ præcipuè meminit, dicens: *videtur*
agitur, id est, vtrum ad percipiendum baptis
admittendi sint homines, ut nulla ibi
gentia, ne sanctum canibus detur: usque ad
spertissimi adulterij perpetratores, & eius
rantia professores à sacramento tanta sancti
deantur arcendi, qui sine dubio non admittentur
per ipsos dios, quibus eandem gratiam percipi
nomnibus datis, abstinentia, ieiunus, exoratio
purgantur, cum suis legitimis, & veris
concupituros profiterentur, atque huius rei,
alio tempore licite, paucis ipsis solennibus delictis
lam continentiam seruatuos. & serm. de Do
in octau. Pasch. idem significare voluit
verbo, & exemplo catechumenos a flagi
turpique vita non modo ad sobrietatem
continentiam, sed etiam ad contemptum
rum mortalium, atq; ad salutaria Christi
filia excitaret: nunc, inquit, tempus est, ut
quisque abstineat se non tantum ab illicitis, sed
à quibusdam licitis, & orationibus, atque
valet, &c. siquidem abstinentiæ à quibus
licitis nomine, ieiunium intelligi non potest
quoniam frustra postmodum, atque remane
didisset, ergo continentiam à voluptatibus
neris accipere oportet. quæ cum duplici
neris sint, aliæ libidinosæ, nuptiales aliæ
quo primæ licite non sunt, sequitur, bar
dorum continentiam in secundis postam
se. Sed adiungamus his Bedæ authoritatem

Quib. reb.
catechu-
meni ad
baptismum
separarent.

homil. in cap. 7. Marc. qui adeo luculenter e-
 us consuetudinis meminit, vt nihil desiderari
 posse videatur scribit enim: *necessaria est doctrina*
veritatis, quae iubet eos, qui cum pane vicia descen-
de de caelo participare desiderant, crebro elemo-
sy-narum, lachrymarum, aliorumque iustitiae fructuum
sacramento sua opera purgare, vt casto corde, & cor-
poris caelestibus valeant communicare mysteriis. Fru-
stra autem pharisei, frustra omnes Iudaei lavant ma-
nu, & a foro baptizantur, quandiu contemnunt
fructu aluatoris ablu. Quod si quis hunc locum
de Eucharistiae sacramento explicandum di-
xerit: quia, caelestibus mysteriis, in eo legimus: aut
ad rem praesentem nihil facere, quoniam ca-
stimonie, quae in coercendis illicitis volupta-
tibus sita est, mentio fiat, nae is & parum sapere
videbitur, qui nunquam legerit, mysterij voci
etiam baptismum subiectum esse: & imprudē-
tiae nota non carebit: quod credat, ea catechu-
menis inculcata esse, quae omnes homines pre-
stare teneretur. Restat igitur, vt Rabani Mauri
testimonio confirmem: non quod allatae au-
thoritates ad fidem faciendam satis non sint:
sed vt rem, manifeste veram, more meo te-
statiorem efficiam, illud vero huiusmodi est:
impetentes autem sunt, qui iam post doctrinam fi-
dei, post continentiam vitae, ad gratiam Christi per-
cipiendam festinant. verbum enim continen-
tiae est quandoque cibi, potusque abstinē-
tiam significat: tamen eo loco virtutem, qua
libidines domitas habemus, omnium recte
sentientium opinione declarat; quoniam iegu-
ni, & abstinētia paulo ante meminerat; vt ea

Mysterij
 nomen ba-
 ptismo co-
 uenit.

a lib. i. de
 insti. clerici.
 c. 26.
 Continen-
 tia nomine
 quid acci-
 piatur.



Abstinētia
ab vxore
quādiu du-
rabat.

denuo repetere, superuacaneum fuerit. *Ver-*
vero, priusquam ab hoc continentia ge-
discedam, admonebo, catechumenos
ab vxore abstinuiffe, quam ieiunio corporis
fluxissent. manifesta enim ea de re S. Augu-
stini auctoritas est lib. de fid. & operib. cap. de
continentiā tempus ad ipsum ieiunium
lit his verbis: *videamus, unde agitur, id est,*
ad percipiendum baptismum sic admittendi
homines ut nulla ibi vigilet diligentia, ne iu-
canibus detur, usque adeo ut nec apertissimi
ry perpetratores, & eius perseverantia profecto
sacramento tanta sanctitatis videantur antea
sine dubio non admitterentur, si per ipsos dies, post
eandem gratiam percepturi suis nominibus absti-
nētia, ieiunio, exorcismisque purgantur, ut
legitimus, & veris vxoribus se concubitos per-
rentur, atque huius rei, quamvis alio tempore
paucis ipsis solennibus diebus nullam continentiam
seruaturus. Atque etiam, si considerare volumus
qui fuerit continentia modus, & ratio, ad
ligemus, eam singulis necessariam fructu-
ius rei certissima fides ex Bedae homilia in
7. Marc. colligitur: dum ea, quae ad baptismum
suscipiendum necessaria erant, sic enumerantur
necessaria est doctrina veritatis, quae iubet, ut
pane vitae descendente de caelo participare desin-
rant, crebro eleemosynarum, lachrymarum, &
rumque iustitiae fructuum lanamento sua opera
gare, ut casto corde, & corpore caelestibus
communicare mysteriis. frustra autem pharisaei, &
stra omnes Iudaei lauant manus, & a fontibus
zantur, quādiu contemnunt fonte saluatorum

Abstinētia
ab vxore e-
rat necessa-
ria omni-
bus.

...neti ad eam comprobendam satis esse de-
bet: quod, catechumenos omnia pœnitentiæ
genera necessario exercuisse, supra explicatum
est: in quorum numero etiam continentia re-
ponitur. Abstinentiam vero à balneis, (quod
alterum propositionis erat membrum) satis a-
pente constat, ab omnibus baptizandis inui-
olite seruatum esse: vt propterea multis in lo-
cis, quo sine sordibus ad baptismi lauacrum
admoventur, caput, alibi etiam pedes ablue-
rent: quemadmodum in S. Aug. legimus E-
pist. 118. ad Ianuar. in hunc modum: Si autem
quæsi, cur etiam lauandi mos ortus sit: nihil mihi de
hoc cogitanti probabilis occurrit, nisi quia bap-
tizandum corpora, per observationem Quadragesima
sordidata, cum offensione sensus ad fontem tractaren-
tur, nisi aliqua die lauarentur. S. etiam Isidorus
lib. 8. Ethymog. cap. 18. idem planè confirmat,
cum inquit: dies Palmarum ideo dicitur, quod in eo
Dominus, & saluator noster, sicut propheta cecinit,
& ratio, in
Ierusalalem tendens, a sellam sedisse perhibetur. vul-
garem autem omnino hunc diem Capitilauium vocat,
quod in eo tunc mos est lauandi capita infantium, qui
baptizandi sunt: ne observatione quadraginta sordi-
data ad victionem accederent. quæ verba iterum
repetit lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 27. de Domin.
Palmar. nec illis dissimilia sunt, quæ tradit Al-
binus Flaccus lib. de Diuin. Offic. cap. de Do-
min. Palmar. & Vuolfgangus Lazius in suis
colleçtan. ex Carolo Magno, aliique plures,
quorum auctoritates, & verba capitibus 15. 17.
& sequentibus afferemus. Verum, ne quis pu-
tet, parum ponderis, & momenti ad sui com-

Abstinebāt
baptizandi
à balneis.

Baptizandi
caput, &
pedes cur
abluerent.

Dominica
Palmarum
cur Capitil-
lauium di-
cta.

Mos Christianorum
quotidie
lauandi in
balneis.

Balnearum
vltus pro-
pter vitæ
oblecta-
menta est
inuentus.
Pœnitentia,
& ieiunij
tempore
Christiani
non lau-
abantur.

mendationem in ea re litum fuisse, admo-
di sunt lectores, morē fuisse Christianis, quo-
tidie in publicis balneis lauari; de quo scri-
betur in constitut. Apostol. lib. 2. cap. 64. *modo non hostis Dei habendus est, qui in temporibus die, nocteque est occupatus, aeterna vero contenta ac balnea quidem, & caducum cibum quærit, quæ vero perpetuo manent, non curat.* Apud Ioannem Moscum in prat. spirit. cap. 11. *tres nostri nunquam facies suas lauabant, nisi in lauacra publica, balneaque frequentamus.* Quomodo ipse balnearum vltus multum ad delicia & vitæ oblectamenta conferre videbatur, de nefariis Idolorum cultoribus sexcenta thorū testimonia testantur; de Christianis vero ex eo coniecturam facimus; quod ieiunij pœnitentiæ tempore in squalore, & loculis versabantur. dixit enim diuinus magister huius generis Math. 6. *tu vero, cum ieiunas, ne visideris caput tuum, & faciem tuam laua, ne visideris oculis ieiunans.* quod ieiunantis speciem mollium oculis subducere non valeret; nisi lacro, & balneis, qui ieiunabant, caruissent. Apud Cyprianus lib. de laps. grauiter eos arguit ieiunij, & pœnitentiæ tempore lauabantur verbis: *lamentari eum putamus ex toto corde, lacrimis, fletibus, planctibus Dominum deprecari, primo criminis die lauacra quotidie celebrat.* Eadem lectores alia Patrum testimonia requirunt, in modum erit, SS. Basilium, Ambrosium, Hieronymum addere, innumerabilesque alios, quorum de hac re grauissimas sententias tractat de ieiunij, & pœnitentiæ ritibus exequuntur.

De oratione, & nocturnis perui-
gilationibus.

CAP. X.

Conuenit abſtinentiæ orationes, & vigi-
lias contexere; quarum primæ innume-
ris exemplis, & teſtimoniis perſpicue ſunt. Act.
enim 2. quo die ſanctus Spiritus in Apoſtolos
plane diuinitus illapſus eſt, beata mens ab om-
ni contagione materiæ ſeparata Cornelio Cæ-
turiõni nunciauit, orationes eius ad æterni Re-
gis animum penetraſſe; qui mox ad Petrum
miſit, & anteactæ vitæ peccata deteſtatus, ſa-
cto fonte renaſci meritus eſt. Et S. Domna, de
amplectenda Chriſti religione ſollicita, in di-
uinas preces ſe effudit; ſcribit enim Si-
meon Metaphraſtes de vita ipſius, & ſocior.
Iſte autem, cum modulatè diuinas ei ceciniſſet ſcri-
pturas, & venerandâ Chriſti Cruce eam obſignâſſet;
tunc quidam eam facit catechumenam; & iubet ea,
quæ de more prius ſunt fieri à pio quodam Diacono;
erat autem ei nomen Agapius. illa vero cum & his,
& ieiunio, & orationi ſimul vacaret, &c. Con-
ſtantineſis autem Imperator apud Nicephorum
lib. 7. hiſt. Eccleſ. cap. 33. cum per baptiſmum
Eccleſiam augere ſummis votis contenderet,
prius precibus, quæ vel Deo voce perſoluuntur,
vel ſolo mentis motu fiunt, numen ſcleri-
bus ſuis violatum placauit. Quod exemplum
ſecutus Teridates Armeniorum Rex, certus

Orare bap-
tizandi ſo-
lebant ante
baptiſmū.

præterita peccata redimere, accensis animis
 cibus in cœlum identidem iaculandis, præter
 rum apud posteros suæ pietatis argumentum
 reliquit. quemadmodum videre est apud
 meonem Metaphrastem de vit. & mart.
 mart. Gregor. mag. Armen. cap. 34. Nec
 nor testimonium copia, si veteres Patres lo
 rimus. verumtamen triplici contenti est
 autoritate; quarum prima est S. Iuliani
 ad Antonin. vbi de catechumenis inquit
 rare ieiunantes, & petere à Deo priorum peccatorum
 remissionem docentur, nobis cum illis una & om
 bus, & ieiunantibus, &c. Altera Tertulliani
 de bapt. cap. 19. qui omnia catechumenorum
 studia, pietatisque exercitationes in hunc
 dum exequitur: *ingressuros baptismum orationibus
 crebris, ieiuniis, & genucationibus, & per
 orare oportet, & cum confessione omnium re
 Etorum, ut exponant etiam baptismum
 Tertia S. Gregorij Nazianzeni, cum orat.
 in sanc. lauac. vitæ instituentis rationem ca
 chumenis præscribens, eos ad preces, reli
 que pietatis Christianæ officia sic hortatur
*na auxilia erunt tibi ad ea, qua desideras, confes
 da, vigilia, ieiunia, humi dormiturationes, oratio
 lachryma, erumna indigentium opiculatio, &c.*
 quem locum explicans Nicetas Serronius
 iusdem consuetudinis perspicuè meminit
 verbis: *Præsto sunt tibi auxiliares copia, numerosa
 oratio nocturnas excubias agens, inedia familiaris
 domestica, psalmodia animum oblectans, atque
 mulcens: has socias tibi adsciscere.* Ex quibus ve
 rum Patrum testimoniis cognoscere licet,*

mo orationem omnibus baptizandis necessa-
 riam fuisse; quod S. Iustinus docendi voce, &
 Tertullianus verbo, oportet, vti sunt: tum flexis
 genibus, etiam Paschatis tempore, cum fideles
 facere solebant, fundi solitam esse; addente Ter-
 tulliano, geniculationibus, & peruiigiis orare o-
 portet: deinde reliquos Christianos catechu-
 menorum precibus suas orationes, supplica-
 tionesque addidisse; quia S. Iustinus, inquit:
 nobis cum illis una & orantibus, & ieiunantibus,
 quod accidisse scimus in Constantini Magni,
 & Chromatij vrbis Praefecti baptismo: de qui-
 bus est apud ^a Simeonem Metaphrastem: su-
 se sunt communes, & interna preces ad Dominum:
 & apud ^b Laurentium Suriū: orabantque pa-
 nter cum lachrymis, &c. postremo orationes
 non die solummodo, sed plerunque noctu ad
 martyrum sepulchra Deo adhibitas fuisse: quod
 peruiigij nomine Tertullianus, vigilia S. Gre-
 gorius, & nocturnarum excubiarum Nicetas Ser-
 ronus intellexerunt. Sed huius moris plura
 testimonia in antiquis Scriptoribus inuenies.
 non solum enim Constantinus Imperator in
 edict. ad Syluest. de se id manifestè falsus est:
 cum recenseret modum, quo ad Pontificis
 praecipua suis peccatis, noxisque medicinam
 facere conabatur: *Indixit, (inquit) nobis pœni-
 tentia tempus in vno cilicio, vt de omnibus, quae a
 nobis impie peracta, atque iniuste disposita fuerant,
 vigiliis, ieiuniis, atque lachrymis, & orationibus a-
 pud Dominum Deum nostrum Iesum Christum Sal-
 uatorem veniam impetraremus: sed etiam S. Au-
 gustinus praclare testatur concion. ad cate-*

Oratio ba-
 ptizandis
 erat neces-
 saria

Baptizandi
 orabant ge-
 nibus flexis
 etiam Pas-
 chatis tem-
 pore.

Fidelium
 orationes
 pro bap-
 tizandis.

^a De vit.
 S. Syluest.

^b De vit. S.
 Sebast. ex
 Ms cod.
 excerpta.

chum. cap. 1. vbi de sacris precibus, quibus
 baptismo anima lymphata à seruitute liber-
 nis vindicatur, sermonem habens, sic ait
 nim dilectissimi opera tenebrarum transacta
 consideremus; & quid egerimus, Dominus
 explicare voluerimus: inuenimus, nos in
 opera noctis, sed diu peregisse: neque enim
 tione, &c. sed vigilando, orando, psallendo,
 uersarium diabolum dimicando, in nocte
 peregimus. & lib. 9. confession. cap. 4. in
 baptismum, & Christianæ religionis ritum
 referens, de eodem ritu hæc habet; quæ
 voces (ait Deo) dabam in psalmis illis, & quæ
 do in te inflammabar ex eis, & accendebat
 tare. Neque enim dubium esse potest, quod
 psalmodiarum recitatio, cuius hic mentio
 pernoctationis ritum explicandum pertinet
 cum in hac Sanctissimi Davidis hymni
 rentur. sicut, præter alia argumenta, ex
 cilè colligi potest, quod iisdem psalmis
 sturnorum nomen remansit: quia doctores
 solebant. Atque hæc consuetudo mitis
 gressus breui habuit: siquidem omnes
 Christi disciplinam profitebantur, ut idem
 die cuiusque festi præstarent, omnium
 ptorum testimonio allicere potuit. quod
 mutatum est postea: cum Bonifacius papa
 ad Ecclesiæ gubernacula sederet: quia
 nes in deteriora prona, luxuriæ impetu
 dulgerent: & preces illæ in procaces effu-
 verti cœpissent: sicut rectè probant Polydorus
 Virgilius lib. 6. cap. 4. & Cæsar Baronius
 ann. Chris. 51. tamen antiqui moris facies

Nocturna
 cur sic ap-
 pellata.

Pernocta-
 tiones
 Christiano-
 rum in
 sanctorum
 peruigiliis.

Pernocta-
 tiones
 Christiano-
 rum cur,
 & quando
 sublata.

Vestigium
 pernocta-
 tionem ve-
 terum.

agnoscimus: cum die solennibus Christi Na-
 talitatis prævio, aut hebdomadæ Sacrosanctæ
 feriis, quibus cœlestes iras in omne genus hu-
 manum intentas olim suo potissimum capite
 Christus excepit, nonnulli ad sacras ædes, pie-
 tate, & religione pleni vigilias noctu, & inter-
 diu agunt. Sed, vt ad orandi ritum redeat o-
 ratio, omnibus persuasum esse debet, preces à
 ministro baptizandis indici consueuisse, quod
 non minus verba Constantini nuper allata
 demonstrant, quam Simeonis Metaphrastis
 locus in vit. & marty. S. marty. Gregor.
 mag. Armen. cap. 34. vbi Teridatis Armenio-
 rum Regis, & Reginae, procerumque baptis-
 ma referens, ait: cum totos ergo triginta dies eis
 ieiunium imperasset, & orationem, ab ipso Rege in-
 cepit, & a Regina, & sorore, & per eos postea, qui
 magistratus gerebant, & per ceteros demum perua-
 dens, baptizabat omnes in Euphrate. Memineri-
 mus autem, hic orationem triginta dies adli-
 bitam fuisse: cum Nicephorus Callistus lib 7.
 histor. cap. 33. solummodo septem meminerit,
 de Constantino sic loquens: diebus septem ieu-
 nis, & orationi vacat. Ex quo omnes intelligunt,
 orationis tempus, instar ieiunij, plus, minusve,
 prudentis Episcopi iudicio, durauisse.

Orationes
 baptizadis
 indiceban-
 tur à mini-
 stro.

Orationes
 baptizã lo-
 rum quam-
 diu dura-
 uerint.

De Humilitatis signis, ornamentorum dep
pedum nuditate, cervicis inclinatione,
& incesso per urbem vela-
ta facie.

CAP. XI.

Humilita-
tis signa
baptizandi
exhibebāt.

ETiam illud adiungam, abiectionem
que ministeria, Christianæ humilitatis
dimenta, executos esse. ad cuius rei proce-
nem perspicua Bedæ autoritas suppetit
in questione super Genesim dialogo 10.
& discipuli expressa, typi, vel figura est
à catechumenorum humilitate sic dicitur
D. Quid est ergo typus, vel figura? M. præterita
aut præteritorum, aut futurorum ignota sunt
secundum id, quod opera sunt, manifestata.
præteritorum typos. M. Ut est catechumenorum
humilitas. Atque huc spectant illa S. An-
verba in cap. 3. Math. cum Ioannis baptizandi
huius rei typum, & figuram gessisse, dicitur
Quamvis Ioannes in baptizandis Christi omnia
cata posse deleri crederet: tamen ante baptizandis
Christi ad pœnitentiam invitabat: quia
preparare, & aptare, quatenus compunctio
humiliato per tantum sacramentum perciperet
missionem peccatorum. & paulo post in eodem
sententiam de baptizandis Christi in locis
ait: Quisquis ergo vult baptizari, i. transire
vitiis ad virtutes, veniendo ad baptizandum
dicit, quod interpretatione Iordanis significatur.

quot autem rebus hæc baptizandorum humili-
tas cernebatur. Primo enim dignitatis insignia
deponebant. quod fecisse Constantinum
Imperatorem, cum religionis Christianæ ru-
dimenta poneret, author est Simeon Me-
taphrastes de vit. S. Syluest. his verbis: Depone-
re purpuram, & diadema septem diebus, & sua
regie penetrale ingressus, clausis ianuis in sacco, &
terre humi iacens, in luctu age pœnitentiam: &
Nephorus Callistus lib. 7. histor. Eccles. cap.
33. Itaque pro purpura saccum sumit, & diebus sep-
tem ieiunio, & orationi vacat. Nec aliud signifi-
care voluit Paulus Diaconus de gest. Longo-
bard. lib. 4. cap. 17. cum Persarum Reginam
humili, & priuato habitu, Christianorum bap-
tizandam promeritam esse, docuit. legimus e-
nim: Regina Persarum priuato habitu propter Chri-
stianæ fides amorem Constantinopolim venit: ibique
ab Imperatore honorifice suscepta, post aliquot dies,
in desiderabat, baptismum consecuta, & ab Angu-
stino de sacro fonte leuata est. Secundo nudis pedi-
bus incedebant: quod ex multis quidem licet
comprobare: sed à se non facile ambigentes
dimiserit S. Augustinus: apud quem sic scri-
ptum est lib. 2. de symb. ad catechum. cap. 1.
Quid est dilectissimi, quod à vobis celebratum est? quid
est, quod hæc nocte actum est? quod preteritis noctibus
actum non est, ut ex locis secretis singuli produceremi-
nus in conspectum totius Ecclesie, ubi ceruice humiliata
quæ male fuerat antea exaltata in humilitate pedum,
in terra substrato, in vobis celebraretur examen, dum
super vos inuocatus est humilis, altissimus Christus.
Et vos itaque humiles eratis, humiliterque petebatis.

Dignitatis
insignia
baptizandi
deponebat.

Pedibus
nudis bap-
tizandi in-
cedebant.



Idem lib. 4. cap. 1. ferè in eandem sententiam sic ait: Omnia Sacramenta, quæ acta sunt, præparantur in vobis per ministerium seruatorum Dei, in canticis, orationibus, canticis spiritualibus, in ieiuniis, cilicio, inclinatione ceruicium, humilitate, dum pavor ipse omni securitate apprehenduntur, ut dixi, esse sunt, quæ vos reficiunt in vobis renatos ex baptismo hilares vos magis ex libere. quibus locis pedum humilitatem prædicatam esse, omnes vident; quæ nuditas humilitatem significabat; ut et mente Alexandrino colligitur lib. 2. Perhibente: Esaias vero alius propheta nudo calcibus; quod est indumentum humilitatis; collum supra humeros reflectebant: et non modo apud S. Augustinum locum mentio est, cum ait: ceruice humiliata; inclinatione ceruicium, sed etiam præclarum numentum extat in Ordine baptismi veterum Aethiopum, quem veterum Bibliotheca nobis suppeditat, cum dicitur: Diaconus dicit: Humiliate capita vestra: & chologio Græcorum, quod Iodocus Casan referat tom. 2. thesa. orthod. fid. vbi de benedictione aquæ baptismalis sic ait: Inclina aurem tuam, & exaudi nos, qui in Iordane passus es, & sanctificans aquas, benedic etiam inclinationem propria ceruicis, significans seruitutis statum, & fac nos dignos impleri benedictione tua. quæ verba eò magis humilitate commodata esse, arbitror, quod etiam nomen eius moris congruentem insinuat, videlicet se dæmonis seruos, & mancipia

Collum supra humeros baptizandi reflectebant.

Aethiopes ante baptismum capita demittunt.

Græci ante baptismum ceruicem inclinant.

eminissent; atq; ex ea recordatione fructum
 aliquem Christianæ pietatis reportare stude-
 rent. quarto per urbē velata facie incedebant,
 significantes eo habitu, propter peccatorum
 conscientiam se diuinum aspectū metuere: vt
 recte illud Iunilij de partib. lib. 2. c. 16. in hunc
 locum transferri possit: *D. de præteritorum typis.*
M. Vt est catechumenorum humilitas, typum enim
gerunt ad ea Paradisi exclusi, & ex conscientia deli-
ctorum diuinum metuentes aspectū, propter quod &
per publicum capitibus testis incedunt. Hic enim
 non solum faciei velendæ mos, causaque ex-
 plicatur: verum etiam eius figura ex primo hu-
 mani generis parente repetitur, quæ, postquam
 animæ splendorem turpissima peccati macula
 aspersit, se abdidisse, diuinæ vocis testimonia
 declarant. Quamobrem Beda quæstione super
 Gen. dialog. magist. & descrip. expressa Iunilij
 autoritate citans, iisdem omnino verbis ean-
 dem consuetudinem docuit, dicens: *D. da præ-*
teritorum typos. M. Vt est catechumenorum humili-
tas, typum enim gerunt ad ea paradisi exclusi, & etc
conscientia delictorum diuinum metue te. aspectum,
propter quod & per publicum capitibus testis ince-
dunt. nec enim capitis nomine verticem, sed
 facie Iunilius, & Beda intellexerunt. aliter ma-
 le ex capitis tegumento metum collegissent:
 cum is potius facie dignoscatur: nec quicquam
 catechumenorum proprium, aut singulare di-
 xissent: quoniam etiam reliqui homines capi-
 tibus rectis incedebant. Quid autem esset, fa-
 ciem velare, seu, vt clarius loquat, qua re
 baptizandi faciem obtenderent, ex citatis

Cernisem
 baptizandi
 cur incli-
 narent.
 Baptizati
 di incede-
 bant per
 urbem ve-
 lata facie,
 & cur.
 Faciei ve-
 landæ figu-
 ra.



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

Facies ve-
labatur lin-
teis saccis.

Origo pio-
rum sode-
lium, seu
cōfratrum,
& schola-
rium.

Scholariū,
seu contra-
trum mori
per urbem
velata facie
incedendi,
& se flagel-
lis verberā-
di aliquid
simile apud
Gentiles.

Scriptoribus intelligi non potest. Ego
cui coniecturā non displicent, cum de
stimonia, facile crediderim, linreis sac-
cōtexisse: tum quia ipsi saccum, cili-
morem velabantur, quos eo, quem dicitur
modo vultum operuisse, prāter alia argu-
ta, quā tractatu de pēnitentia, eiusque
afferemus, ex piis sodalibus, quos vulgo
fratres, seu scholares dicimus, aperte
Hi enim pēnitentium similitudinem
in publicis autem supplicationibus, & in
rum pompa ordine procedunt, ut plerumque
facie linreis saccis operata: verberibus
suum corpus animaduertunt: sicut verberantes
nitentes decet. Qui mos & in Ecclesia
quissimus est, & veterum Gentilium ritibus
finis: cum & apud Romanos Lupercalia
lupercalia celebrantes, nudi per urbem
derent, laruatique flagellis obuios ca-
& apud Aegyptios, qui Diis immolabant,
ter ipsas caeremonias, echinatis globosis
reis verberarentur. Quemadmodum
dorus Virgilius lib. 2. de inuentor. rest. c. 1.
lib. 7. cap. 6. demonstrat.

*De Mōre cubandi humi, volutandi se in
& puluere, ac cilicio.*

CAP. XII.

Baptizandi
humi cu-
bant.

Nec videtur hoc loco silentio pre-
tendum, eosdem baptizandos

haussit, ut hoc quoque afflictationis genere in
 homini corpus grauius animaduernerent. quare
 S. Gregorius Nazianzenus orat. 40. in sanc.
 lanac. multa, quibus Deum placare, & ad bap-
 tismum consequendum viam sibi munire te-
 nedantur, enumerans, huius etiam consuetu-
 dinis aperte meminit, dicens. *Bona auxilia e-
 rant tibi ad ea, que desideras, consequenda, vigilia,
 ieiunia, humi dormiturationes, orationes, lachrymae,
 et amara, indigentium opitulatio.* & paulo post ean-
 dem rem docet his verbis: *Tu quidem fortasse,
 lene, & humane agricola Dominum supplex roga-
 bis, ut sicca adhuc parcat, nec eam sterilitatis ac-
 culatam adhuc succidat, verum tibi permittat, ut
 sterua undique in eam inijcias, hoc est, lachrymas,
 genua, preces, chameunia, vigiliae, anima, & cor-
 poris macerationem, ac deniq; correctionem eam, qua
 ex peccati confessione, contemptiorique vita genere
 exorsit, est enim chameunia humi dormitio, cum
 quis in nuda humo dormit, à *χαμηλὴ*, & *εὐων*: Chameu-
 nia unde dicitur. *Chameunia* lingua Graeca periti non ignorant. Eius-
 dem generis erat, volutari in cinere, & pulue-
 re: cuius moris multa sunt exempla in vete-
 rum historiis, Eusebij lib. 1. de vit. Constant.
 Theodoreti lib. 2. histor. Eccles. & aliis per-
 uere; multis locis: sed illud gestorum ô. Susanna
 virginis maximè illustre fatemur, in quibus
 Claudium sanctae virginis patrum eo ritu v-
 sum fuisse, ita legimus: *volutans sese, capitique
 puluerem aspergens, dixit: Domine Deus, lumen a-
 ternum, remitte mihi, &c.* Simeon etiam Meta-
 phrastes in vit. S. Syluest. Constantinum Mag-
 num, quo tempore Christianae religionis præ-*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ceptis ad veram pietatem informabamur.
 nere humi iacuisse, docuit his verbis:
 ergo, te prius ieiunare, o Imperator, &
 lachrymis, quacunque peccasti, confitentem.
 ergo purpuram, & diadema septem diebus
 regia penetrare ingressus, clausis ianuis, in
 nere humi iacens, in luctu age penitentiam.
 eodem pertinet, quod Syranæ mulieris
 tum esse dicitur: cum corporis, & membra
 ta luminibus, vtranque lucem læta per
 mum hausit: de quo apud Adonem Teren
 sem in vit. & martyr. S. Donat. Episc. &
 rin. monach, scriptum est: *Indixit ei
 & ut humiliaretur in cilicio, & cinere, &
 catechizavit eam, & baptizavit tam ipse
 filium eius, S. vero Gregor. Nazianzenus
 40. in sanc. bapt. eos, qui Christianæ religio
 præcepta hauriebant, monere non debent
 in sordibus, & pulvere versentur: *quit, curemur, ut ne effaminemur,
 loco pulvere conspergamur. Nec dubitare
 mus, quin hæc cineris, aut pulveris
 penitentiam spectauerit, cum & allata
 testimonia id declarent: & olim, qui in
 tentium ordine locabantur, eam adhibere
 larent. cuius adhuc vestigium in omnibus
 clesiis perseverat: quando triduanæ
 tionis, vel maioris ieiunij initio, solenni
 monia Episcopus, vel alius Presbyter
 capita cinere adspergit. His accedebat
 quo prauas animi affectiones sub ratione
 perium subiiciebant. ut sedata, & restituta
 nis carnis libidine, in vno pietatis studio**

Pulveris
 adpersio
 pertinebat
 ad poeni
 tentiam ba
 ptizandorū.
 Poeniten
 tes olim
 pulvere ad
 spergebantur.
 Adpersio
 cineris die
 Litaniarū
 vnde profe
 cta.
 Cilicium
 baptizandi
 inducunt.

caelestium rerum cogitatione conquiescerent.
 Qui sane ritus bellissime conuenit Simeonis
 Metaphrastis testimonio de vit. S. Syluest. vbi
 referens poenitentiam, Constantino Impera-
 tori à sancto Pontifice iniunctam, saccum pro
 cilicio vsurpauit: *clausis* (inquit) *ianuis, in sacco,*
et cinere humi iacens, in lectu ago poenitentiam.
 quod etiam à Nicephoro Callisto eadem voce
 significatum est lib. 7. histor. Eccles. dum scri-
 bit: *pro purpura saccum sumit.* Sed clarius S. Au-
 gustinus, qui lib. 2. de symb. ad catechum. c. 1.
 cilicij vocabulo vsus est, *in humilitate pedum, ci-*
licij substrato, in vobis celebratur examen. & lib.
 4. cep. 1. *Omnia sacramenta, quae acta sunt, & a-*
ccipiuntur in vobis per ministerium seruorum Dei, exor-
ationibus, canticis spiritualibus, insufflacio-
nis, cilicij, inclinatione ceruicium, humilitate pe-
dum, paucis ipse omni securitate appetendus: hac om-
nia, ut dixi, esse sunt, quae vos reficiunt in vtero, ut
renatus ex baptismo hilares vos mater exhibeat Chri-
sti. Eiusdem consuetudinis mentio fit apud
 Paulinum Nolanum in panegyri. de Calso
 puero: vbi ad baptizandorum poenitentiam,
 ac praecipue cilicij vsum alludens, sic canit:

Ite, procul leti, silentium consortia malo:

Ut brenibus lachrymis gaudia longa metam.

Si modo lugentem grauis hirtio regmine saccus

Caprigenum setis dum reget, & stimulet.

Accipe etiam, quemadmodum idem dicitur
 ab Adone Treuirensi in vit. S. Donat. Episc.
 & Hilarin. monach. dum Syranæ mulieris
 baptismum, & poenitentiae genera prosequi-
 tur. Scripsit igitur his ferè verbis: sunt enim

mihi nota, propterea quod ea ipsa autem
quam hic afferimus, allata est eodem capite
bi de cinere dicitur: sed scriptum est ita:
dem ipsis accepit, gratias Deo agens, induit cilicium,
et ut humiliaretur in cilicio, et cinere,
sic deinde catechizavit eam, et baptizavit eam
quam filium eius. Ex quibus apparet
cilij usum à catechismo incipisse: qui etiam
baptismi diem protendebatur: tum quod
cephorus Callistus lib. 7. histor. Eccles. de
Constantini Magni baptismo loquens, ait
septem diebus ciliciū induisse, testatus est
totidem à catechismo ad ipsum baptismum
interfuerunt: tum etiam quod S. Augustinus
lib. 2. de symb. ad catechum. cap. 1. cilicium
post ad examen, hoc est, scrutinia deducen-
detur: de quorum initiis, & fine, eo, quod
mus, modo dabitur proprius disserendū

Cilicij usus
incipiebat
à catechis-
mo, & ad
baptismi
diem pro-
tendebatur
Constan-
tinus quā-
diu inter
catechu-
menos fue-
rit.

De Eleemosyna, aliisque pietatis Christianae
exercitationibus.

CAP. XIII.

Multis præterea aliis veræ pietatis
citationibus, præsertim re familiari
pauperes, Dei causa, eroganda, suis pecuniis
noxisque ab irato Deo veniam, pacemque
petrabant. quorum exempla clariora sunt
veterum historiis, quam ut de eo quisquam
re dubitare possit. Huc enim referendū
quod Act. 2. legimus, Cornelio Centurione

Baptizandi
nummos
erogabant
in egentes.

post orationem, & eleemosynam, à B. Petro
 baptisimi sacramentum impertitum esse: & a
 libi, quotquot Evangelij semen accepissent,
 eam suam familiarem ad Apostolorum pedes
 effudisse, ut eam in varia pietatis officia, atque
 opera liberali charitate diuiderent. Ex eadem
 consuetudine profectum est, ut Olympius qui
 dam nomine, proprii iudicij, propriæque vo-
 luntatis æquus iudex, ac moderator, qui è pec-
 catorum veterno excitatus, suscipiendi baptis-
 mi causa, in hoc ærumnosæ vitæ stadio se exer-
 cebat, ingens auri, argentiq; pondus ex Deo-
 rum simulachris conflatum, haud minore li-
 beralitatis laude, quam religionis, egentibus
 impertierit. de quo in vit. S. Steph. Pap. quam
 Simeon Metaphrastes conscripsit, ita positum
 inuenies. *simulachra ista omnia manibus propriis
 conterere, auroq; & argento, ex quibus confecta sunt,
 prope consulas pauperes congrega, & illis hæc distri-
 buat. Ecce omnia, quæ Sempronius dixerat, Olympius,
 nihil prius dubitans, &c.* Simile exemplum ex
 gest. S. Susan. virgin. petere possumus, in qui-
 bus traditur, Maximo, vitæ prioris pœnitentia
 capto, cum ad stipendia Christi sollicitaretur,
 id consilij datum fuisse, ut corrogatis in alimē-
 ta pecuniis, pauperes Christianos omni chari-
 tatis, & benignitatis officio prosequeretur.
 Verba enim hæc sunt: *consultum est ei ab illis, ut
 intra quinque dies venundaret facultates suas, &
 distribuere pauperibus Christianis.* Quid Con-
 stantinus Imperator? quicquam ne eius libe-
 ralitati defuit, qui & Ecclesiam innumeris red-
 ditibus auxit, & largam stipem in egentes con-

Constanti-
 ni liberali-
 tas in pau-
 peres, &
 Ecclesiam.

Lib. 7. histor. Eccle. cap. 33.

tulit? Audiamus Nicephorum: *pro purpura
cum sumit, & diebus septem ieiunio, & oratione
cat, dolorum templa claudit, carceres aperit, per
ricordiam multam liberaliter omnes munerat
tandem ad sacras vndas procedit. Præterea ipse
met Constantinum in edicto, Damalian
Simeonem Metaphrastem de vita S. Simeonis
pluresque alios, qui singularem Constantini
liberalitatem debito præconio profecimus
neq; enim ex annaliū monumētis plures
excitare necesse est eiusdē rei, cum aliis po-
mis exemplis abundemus. è quibus satis
Martinum decerpisse, qui dimidium rano-
raro pietatis exemplo, pauperi diuificatio-
lium, & Eubulum addere, qui amplectens
religionis Christianæ cupidi, adeo ad electio-
sinæ studium mutuis adhortationibus ex-
sunt: vt diuenditis omnibus prædiis pecuni-
in pauperes distribuerint. & quia, quod
de dabant egentibus, ingenti fœnore re-
batur, illud documentum posteris reliquit.
Deum cum hominibus liberalitate certum
quemadmodum Amphilocheus tradit in
Basil. his verbis: *Vendamus facultates nostras
nes, & egenis distribuamus: ac deinde profecti
ad sanctam ciuitatem, visuri, que illic sunt, mone-
la, atq; apud Deum fiduciam nobis conciliemus. Et
ditis igitur, distractisq; & distributis rebus suis
paratisque solummodo vestibus ad sanctum locum
necessariis, ibant Hierosolymam, &c. sed & veterum
Patrum testimonia addenda sunt, vt fides
meam ab omni suspitione mēdacij vindicet
genus enim hoc probationis positum in**

S. Basilij, &
Bubuli ele-
mosyna,
priusquam
baptizare-
tur.

minam veterum opinione, & eorum illustriū,
 multum videtur habere autoritatis. itaque S.
 Gregorius Nazianzenus, homo sanè in rituum
 disciplina probatus, & nobilis, orat. 40. in sanc.
 laua. docens catechumenos, quid eis factò
 opus esset, vt lustralibus aquis Christianorum
 ritui expiarentur, prater alia salutaris exercita-
 tionis genera, eleemosynam ita significat: *bona*
auxilia erunt tibi ad ea, quæ desideras, consequenda,
vigiliae, ieiunia, humi dormiturationes, orationes, la-
crymarum, ærumna, indigentium opitulatio, &c. quod
 ipsum egregie docuit Beda homil. in c. 7. Marc.
 vii tradens ea, quæ consequendo baptismati
 necessaria erant, hæc habet: *necessaria est doctrina*
veritatis, quæ iubet eos, qui cum pane vitæ descendente
de caelo participare desiderant, crebro eleemosynarum,
ladyrmarum, aliorumque iustitiæ fructuum laua-
mento sua opera purgare, vt casto corde, & corpore
caelestibus valeant communicare mysteriis frustra au-
tem Pharisæi, frustra omnes Iudæi lauant manus, &
si se baptizantur, quandiu contemnunt fonte Sal-
uatoris ablui. ^a supra autem probauimus, nunc
 locum de baptismo explicandum esse, idque
 coniectura non leui, quam hic pro repetita
 haberi placet, vt lectores intelligant, eleemo-
 synarum vsum omnibus baptizandis necessarium
 fuisse: quod huius loci autoritas declarat.
 Sed, quoniam in baptizandorum eleemosyna
 iterèda occupati sumus, locus exigit, vt, quic-
 quid ad eam pertinuisse videtur, breuiter, quoad
 instituti operis ratio postulat, explicem. qua-
 re omitti non debet, eos pecunias creditas de-
 bitoribus cõdonasse. sicut in vita S. Sebastiani,

a Cap. 6.

Eleemosy-
 na vsus ba-
 ptizandis
 erat neces-
 sarius.

& sociorum legimus his verbis: *Nunc accipite
induam me non baptizatus, ut prius amicum
eam, in quos commoto sui animo, ut debuerat
chirographa restituum, &c.* cum enim ex debi-
tibus multos inopia laborare, saepe contigit
& ab eo, qui debet, non exigere, ac ei, qui
debeat, præbere, nihil differant: Chronica
urbis præfectum, de quo ibi mētio est, largi-
stipem in egentes contulisse, putandum est.
Amplius baptizandi sua quilibet: Idola, que
priuatim, vel publicè coluerāt, religionem
sa conterebant, & quicumque vel in sub-
imperium exercebat, vel quouis modo
præerat, Idolorum templa claudi iubebat
nefariæ superstitionis aditum, si qua populo
obstrueret. Nam, ut alia scriptura
testimonia omittantur, vita S. Stephani
quam Simeon Metaphrastes refert, aperte
mè ostendit, Olympium, qui magno
quarebat pœnitentiæ salutis remedia,
quam nomen in Christi militiam dedisset
bente Sempronio, manibus suis simulachra
fregisse, cum inquit: *simulachra ista omnia
bus propriis contere, auroque, & argento, ex
confecta sunt, igne constatis, pauperes congrega-
lis hæc distribue. Fecit omnia, que Sempronius
rat, Olympius, nihil prorsus dubitans, &c.* Ex
cephoro Callisto perspicuum est, Constantium
Magnum, cum iratum cœlestium horrore
religione perfusus, exitiali animæ sopore
cussus, resipisceret, inanium Deorum templa
clausisse: ut lib. 7. hist. Eccles. cap. 33. habetur
pro purpura saccum sumit, & diebus septem ieiunans

Baptizandi
conterebāt
idola, que
coluerant,
& eorum
templa clau-
di iubebant

et crastini vacat, idolorum templa claudis, carceres
 aperit, per misericordiam multam liberaliter omnes
 maneratur, & tandem ad sacras vndas procedit.
 Præterea viri literati, ac studiis, doctrinisque
 dediti, si quos de rebus non solum malis, sed
 etiam curiosos libros conscripserāt, igni, flam-
 mique committere solebant. Quod S. Augu-
 stinum peregrisse, ipsius monumenta testantur.
 non solum enim libros de pulchro, & apto,
 panegyricumque Bautonis, & alia eius gene-
 ris scripta combussit: verum etiam de ipsorum
 compositione ingentis doloris significatio-
 nem præbuit in prolog. retract. his verbis:
 quod aliqua adhuc secularium literarum consuetu-
 dine scripsi, &c. Demum Principes, ac rerum
 Domini, quicumque in carcere detinebantur,
 eos liberali charitate dimittebant, significan-
 tes ea re, sic Deum vniuersam iniuriarum me-
 moriam exhausturum: sicut ipsi misericordiæ,
 charitatisque munera piè, & sedulo præstabāt.
 quod & Nicephori Callisti testimonium satis
 aperte demonstrat, & diu postea in Ecclesia
 seruatum est, more introducto, vt octo diebus,
 qui Paschalis celebritatem præcurrunt, pro-
 pter sancti baptismi obseruantiam, carceres
 aperirentur. quemadmodum in diario nostro
 Ecclesiastico demonstrabimus. Hæc sunt ferè,
 quæ dicenda videbantur de competentibus,
 vt baptismi munere dignos se exhiberent.

Principes
 baptizandi
 reos è car-
 cere dimit-
 tebant.

Carceres
 aperiebantur,
 octo diebus an-
 te Pascha.

De symboli traditione, & recitatione.

CAP. XIV.

Nunc res ipsa monet, ut deinceps ut
transeamus, quæ post petitionem hæc
consecuerant. Ac prius a summa religionis
stræ mutua sententiarum collatione ad ap-
stolis conflata, ordiendum est, quia omnia
prima nobis occurrit. Itaque certissimum
debet, eam die, qui Christo triumphanti
est, baptizandis tradi consueuisse. ad qua
sententiam authoribus quidem ut opor-
possumus. idque cum multis aliis rebus
est Sancti Augustini verbis intelligere licet,
serm. 115. cui titulum affixit, in Domini
marum de traditione symboli, hæc habet
bolum, quod vobis traditur sumus fratres caris-
mi, comprehenso est fidei nostra, atque perfectio
ro scrutari alios, & ex his ea, quæ literis pro-
derunt, eruere coner, ipsa hæc opinio
stræ veritas multorum consensu esse
reperietur, Nam & Isidorus Hispalensis
de Eccles. Offic. cap. 27. de Dominic. Palma-
scripsit: hæc autem die Symbolum competens
traditur, propter consuetudinem Dominice Pasche
nitatem, ut, quia iam ad Dei gratiam percipi-
dam festinant, fidem, quam confiteantur, agnoscant
& Albinus Flaccus lib. de Diuin. Offic. cap.
de Dominic. Palmar. cum varia eius dicitur
mina explicaret, addidit: pascha petrum, &

Symbolum
baptizandis
tradebatur
die Palma-
rum.

competentiam dicitur, quia hodie symbolum compe-
 tentium tradebatur, propter consuetudinem Dominicae Pa-
 schae solennitatem. & Rabanus Maurus lib. 2. de
 institut. cleric. cap. 35. de die Palmar. Isidori
 Hispalensis repetens verba, & sententiam, ait:
 hoc autem die symbolum competentibus traditur,
 propter consuetudinem Dominicae paschae solennitatem, ut,
 qui iam ad Dei gratiam percipiendam festinant, fi-
 dem, quam confitentur, agnoscant. maximum vero
 etiam argumentum est, fidei nostrae capita ba-
 ptizandis eo die tradita esse, quod eodem tem-
 pore in competentium ordine locabantur, ad
 quos symboli traditio pertinebat. quod ne du-
 bitare possimus, auctores sunt permulti in hac
 sententia. S. quidem Cyrillus Hierosolymita-
 nus in procatech. cum Christianis praecipis
 rite baptizandos institueret, dixit: *suas & tu*
aliquando catechumenus: neque tamen proposita my-
stera tibi enarrabantur. quod si fidei Christianae
rudimenta catechumenis non tradebantur:
 agitur competentibus. Idem multo clarius vi-
 dere possumus in Concilio Agathensi cap. 13.
 ubi statuitur: *symbolum etiam placuit omnibus Ec-*
clesiis una die, i. ante octavo dies Dominicae resurrectionis
publice in Ecclesia competentibus predicari. Hoc
 habetur in Gratiani. decret. de consecrat. di-
 stinct. 4. ca. Symb. quod perfecte consequens
 sanctus Augustinus serm. 116. in Dominic. Pal-
 mar. totus est in exponendis Christianae legis
 iuris. eaq; competentibus se tradere, ita scri-
 bit: *hodie fratres charissimi specialiter ad competen-*
tes humilitatis nostrae sermo dirigitur, &c. Et lib. 1.
 retractat. cum opetis sui mentione faceret, ait:

Dominica
 Palmarum
 quare Pal-
 cha petitū,
 siue compe-
 tentium,
 diceretur.

 Symbolum
 tradebatur
 competen-
 tibus.

de Symbolo, & fide presbyter disputant. quam dis-
 sertationem nonnullis eorum, qui nos familiariter
 agebant, studiosissime instantibus, in libris
 in quo de rebus ipsis ita differitur, ut tam non
 Verborum illa contextio, quae tenenda mem-
 competentibus traditur. sed aliquanto ante
 ctus Ambrosius idem docuerat; cum Epist.
 de eadem re scriberet: sequenti die, etiam
 Dominica, post lectiones, atque tractatum, cum
 catechumenis, Symbolum aliquibus competentibus
 baptisteriis tradebam Basilica. Sanc. vero Ioan-
 Chrysoft. qui hom. 1. in symbol. Apost. docet
 cum Christianae doctrinae principia baptis-
 dis explicanda susceperat, ad solos competen-
 tes orationem suam ita dirigit: Vos autem
 electum, grex nouellus Dei, qui competitus a
 gum, & domino dominorum munus gratiae, et
 ptissimum salutarem speratis vobis affuturum,
 te professionis vestrae verba, &c. Ad haec S. Hier-
 nymus Epist. 61. ad Pammach. a quo schisma-
 ticae prauitatis insimulatus fuerat, eius
 suspicionem potius in eum retorquet; quod
 presbyteris suis praecipisset, ne fidei summa
 competentibus traderent: an non, inquit, in
 tuis scindis Ecclesiam, qui praecipisti Babilonem
 byteris tuis, ne competentibus nostris Symbolum
 derent? In Isidoro etiam Hispalensi lib. 2. de Ec-
 clef. offic. cap. 21. traditum est, a catechumenis
 competentes praecipue discrepasse, quos
 illi solummodo ad sacram verbi Dei con-
 nem accedebant, his vero etiam duodecim
 dei sententiae exponebantur. scribit enim
 catechumeni tantum audiunt, competentes autem
 perit.

Catechu-
 menis cō-
 petentibus
 in quo dis-
 creparent.

perunt iam accipiunt, iam catechizantur, id est, im-
buuntur instructione fidei, & sacramentorum. istis
enim salutare symbolum traditur. Sed quid aut
plura, aut vetera quærimus? in nostro etiam
baptismo, posteaquam sacerdos vna cū com-
mune, communiatve symbolum, & precationē
Dominicam recitauit, enixē Deum obtesta-
tur, vt cumulatoris gratiæ munus famulo suo
N. competenti impertiat, ex quo omnes intel-
ligunt, symboli doctrinam solis competenti-
bus traditam esse. quæ si vera sunt, etiam illud
sciamur, necesse est, symboli traditionem in
Pamaliibus incepisse: quoniam eo die in com-
petentium ordinem legebantur, quod tamen
non ita accipiendum est, vt ab eo die dies præ-
uias excludendus sit: nam existimo, etiam in
penitentiis, cum iam aduersa spera sceret, symbo-
lum fuisse explicatum. sicut significare videntur
Concilij Agathensis verba, ante octo dies Do-
minicæ resurrectionis, & Ecclesiæ Mediolanen-
sis diuinam, quod illud in traditione symboli ap-
pellat. quo tamen posito, adhuc verissimum
est, Palmarum die tradi ceceptum esse, quia hic
veteri Ecclesiæ more cum vesperis præceden-
tis diei vniunt, & integrum diem constituit. Sed
plurimum contra nitentur, symbolumque multo
ante tradi solitum defendent, tum catechesis
rationem afferendo, ad quam symboli expli-
catio pertineret, tum S. Hieronymi innitendo
auctoritati, qui Ep. 61. ad Pam. ait: *consuetudo
vniuersalis huiusmodi est, vt is, qui baptizandi sunt, per
octidies publicè tradamus sanctam, & adorandam
Trinitatem.* Ex quibus fieri dicent, vt symbolum

Vestigium
in nostra
Ecclesia
tradendi
Symboli
competen-
tibus.

Symbolum
etiam tra-
debatur in
penitentiis
Palmarum.

Sabbatum
in traditio-
ne Symboli
cur ita di-
ctum.

catechumenis traderetur, qui diebus antea
ptisimum quadraginta, vel paucioribus
temporum ratione, gradus sui honorem
fcebantur, quasi vero intelligant, quod ad
chelis rationem pertineret. putent latius
quicquid lubet, & suam opinionem
dent. mihi quidem veterem catecheti-
nem inveni longè melior occurrit semper
vel solummodo conciones, & Euangeli-
terasque diuinarum literarum lectiones
chumenos audiuisse, quod S. Ambrosius
dori Hispalensis autoritas innuit, vel
Fidei Christianæ, & diuinorum præcepto-
hauriebant, à ministro, & susceptore par-
edoctos esse. S. vero Hieronymi auctoritas
detur illa quidem nobis repugnare, sed
perpendatur, nihil officiet. cum enim ex
catechumenorum instructionem colligi
quæ dicitur instructio? si generalis, &
rerum, quæ ex Euangelio, vel lectione
bantur, assentior: si trium personarum
naturæ communionem copulatarum, ad quod
assentior. sin autem eorum omnium
quæ symbolo continebatur, nullo modo
sus assentior. secus ad ea, quæ pro me
nium dixerunt, ipsi respondeant: quibus
factum esse, cognouero: manus dabo liber-
issime, nec ultra id, quod verisimile occurrit
progrediar. Potest etiam obiici, quod S.
conc. ad catec. c. 1. & li. 1. de symb. ad catec.
5. & lib. 3. cap. 1. & li. 4. c. 1. manifestè signifi-
ipsis se fidei articulos tradidisse. Sed ab
cultate quis se facile explicarit, si mentis

Symbolum
catechu-
menis non
traderetur.

Catechumeni nomen late sumptum

Symbolum fer. 2. hebd. 3. quadrag.

Symboli tradedi initium factum fer. 4. hebd. 1. quadrag. Feria 4. hebdom. 4. quarta. cum dicta in a. pertione aurium.

curum, quæ alibi monuimus, catechumeni nomen late sumi pro omnibus, qui baptismi sacramento initiandi erant. nisi forte ipsius Augustini ætate idem mos alicubi variari coepisset. quemadmodum postea sequenti tempore conregit. de quo loquens Albinus Flacc. lib. de diu. offic. ca. de Dom. Palm. præterito tempore utitur. pascha petrum, siue competentium dicitur, quia hoc symbolum competentibus tradebatur. quod eadem die tanquam in desuetudinem abiisse. Atque huic quidem qui primum nomen successerit, ex Ordine Romano manifestum est. unde de denunc. scrut. ad electos, quod tertia hebdom. in quadrag. secunda feria nunciatur. eadem die tanquam in aures, & naves catechumenorum digitis presbyterorum eadem die percipiunt orationem Dominicam, & symbolum ad reddendum in sabato sancto Pasche. verum in eius locum rursus feria quarta hebdomadæ quarta Quadragesimæ suffecta est. de quo apud Amalrium Fortunatum li. 1. de Eccl. Offic. ca. 8. legitur: secunda varietas fit in quarta hebdomada quadragesimæ, & in quarta feria. memorata quarta feria apud cultores Ecclesie in apertione aurium dicitur. eadem die agitur scrutinium tertium, quod maxime est inter septem scrutinia, eadem die tanguntur aures, & naves catechumenorum digitis presbyterorum. eadem die instruuntur de authoribus, & iniqua quatuor Euangeliorum. eadem die percipiunt orationem Dominicam, & symbolum ad reddendum in sabato sancto Pasche. His ita variatis, par in reparatione varietas secuta est. quando enim factum symbolum die Christi triumphantis com-



Symbolum
quando re-
cisaretur.

memoracione celebri tradebatur, conuen-
erat, secunda sacra hebdomada feria recu-
di. inquam sententiam S. Augustinus hoc
42. eo die habita dixit: Symbolum reddidit
breuiter comprehensa continetur fides, & infra
cunque autem vestrum non bene Symbolum reli-
runt, habent spatium, quia die sabbathi ante
omnibus, qui aderunt, reddituri sunt die Solu-
uissimo, quo die baptizandi estis. Postquam
ad feriam secundam hebdomadae tertiae,
quartam feriam hebdomadae quartae, vnde
traditio deducta fuit: mos obtinuit, Grego-
Papa sic imperante, vt in Domini ad vitam
deuntis per uigilio redderetur, cuius rei, et
maliarij verbis super sedeam, clare Alu-
Flaccus meminit lib. de Diuin. offic. c. de
S. Pasch. in hunc modum: post hac, p[er] uigili-
super capita eorum, & dicit orationem ad
menum faciendum: omnipotes sempiterna De-
hic iuxta sanctum Gregorium reddunt Symbolum
orationem Dominicam, aut patrini prospit.
Ioannes Zonaras in commentar. can. 71.
nodi sextae in Trullo, quae Antonius Salu-
collega meus, nuper magna cum laude
tinam linguam transtulit, omnes baptizandi
quinto quoque cuiuslibet hebdomadae
& Symboli didicissent, Episcopo, aut pecc-
teris reddidisse, qui si de veteri Ecclesia, et
periori tempore loquatur, difficile erit, in
minis autoritate acquiescere, cum nec
eius rei testimonia suppetant, & ego ex
numerosim, qui nihil ex vano haustum
si vero tantum suorum temporum mactet

Zonarae o-
pinio de
initis fidei
quinto
quoque
cuiuslibet
hebdoma-
dae die reci-
tandis quo-
modo in-
telligenda.

magis, libentissime eius sententiam sequar; quoniam ea res latere neminem poterat; & in re manifesta eum comminisci noluisse, credibile est. De modo autem, siue cæremoniis exponendi, vel reddendi symboli nihil habeo, quod referam, quam quod ex Beroldo intelligere potui, Ecclesiæ ostia clausa fuisse, ut nullus ingredi posset: modos iniuisse Episcopum, quam ceteros secutos esse, ac subinde vniuersos maiori vocis intentione, vel minori æthera fuisse, & denique in singulorum frontibus crucis signum digito effectum esse. de quo ipsius Beroldi verba, que sabbato in traditione symboli habentur, hic apposui: *in traditione autem symboli omnia tintinnabula sunt sonanda, & cuncta ostia claudenda: tunc incipit symbolum Archiepiscopus, & dicit regenerandis in maiori tono Evangeliorum: signate vos, & audire symbolum. Credo in Deum Patrem omnipotentem, item signate Vos, & audire symbolum. credo in Deum, & semper acolyti debent admonere mulieres, ut signent pueros in singulis per singulas vices finito credo in Deum hoc modotrius vicibus, tunc debet dici credo in Deum in quotidiano tono Evangeliorum, finito textu, & tractatu, tunc Archiepiscopus dicit excelsa voce: accipite dilectissimi in maiori tono Evangeliorum.*

Modus, & cæremoniæ tradendi, vel reddendi Symboli.

Tonus recitandi symboli.



De ablutione capitis.

CAP. XV.

ATque hæc ad omnes gētes, vulgataque
suetudine, pertinebant. Sequar
peculiarem Gallie & Hispaniarum morem
quæ suis competentibus caput abluiebant
certo die, hoc est, Palmarum, & ramorum
memoratione insigni: quem propterea
laurum à lauandis capitibus appellabant.
clara est enim ea de re S. Isidori authoritas
6. Ethymol. cap. 18. dies, inquit, Palmarum

Mos Gallie
& Hispanie
lauandi ca-
pita bap-
tismi in
die Palma-
rum.

*dicur, quod in eo Dominus, & Saluator
propheta cecinit, Hierusalem tendens, a
perhibetur. vulgus autem omnino hunc diem
laurum vocat, quod in eo tunc mos est lauandi
infantium, qui vngendi sunt, ne obseruatione
draginta dierum sordidata, ad vnctionem
rent. & lib. 1. de Ecclef. Offic. cap. 27. de Do-
nic. Palmar. hoc autem die Symbolum compa-*

Dominica
palmarum
cur dicta
Capitula-
rium.

*bus traditur. propter confinem Dominica Palmarum
lenitatem: ut, quia iam ad Dei gratiam peruen-
dam festinant, fidem, quam confiteantur, agrum
vulgus autem ideo eundem diem Capitularium vo-
cat: quia tunc moris est lauandi capita infantium,
vngendi sunt: ne forte obseruatione
sordidata ad vnctionem accederent. Atque hoc
stant illa Ordinis Romani verba, quæ in
ordine in die Palmarum, ad diuersa eius mo-
na demonstranda habentur: Dominica*

gratia, qua diversis vocabulis distinguitur, (id est dies
 Palmarum, sive florum, atque ramorum, Osanna, Pa-
 scha petitorium, sive competentium, & Capitulium.)
 Albinus vero Flaccus, cum sæpè eiusdem rei
 meminit, tum lib. de diuin. Offic. cap. de Do-
 minic. Palma. apertius declarauit, docet enim:
 Pascha petitorium, sive competentium dicitur, quia ho-
 die Symbolum competentibus tradebatur, propter co-
 nfinem Dominica Pascha solennitatem: Competentes
 eorum qua simul petentes dicuntur, id est, gratiam
 Christi petentes. capita lauantium ideo hunc diem
 appellat vulgus, quia tunc mos est lauare capita in-
 fantium, qui unguendi sunt sabbato sancto, ne forte
 obseruatione Quadragesime sordidati ad vntionem ac-
 cederent. Non multo post etiam Carolus Ma-
 gnus, vt eiusdem moris certior fides ad nos de-
 minaret, præceptoris sui sententia subscripsit in
 fragmentis, quæ Vvolffangi Lazij studio ex-
 tant, in quibus hæc: de hac die sciendum est, quod
 diuerso vocabulo distinguitur iis dies Palmarum, flo-
 rum, atque Ramorum: Osanna, pascha petitorium, sive
 competentium, & capita lauantium. pascha petitorium
 sive competentium dicitur; quia hodie Symbolum
 tradebatur, propter confinem Dominica Pascha so-
 lennitatem. capita lauantium ideo hunc diem appel-
 lat vulgus, quia tunc mos est lauare capita infan-
 tum, qui unguendi sunt sabbato sancto, ne forte obser-
 uatione Quadragesime sordidati ad vntionem acce-
 derent. quin etiam Rabanus Maurus id ipsum
 aperte confirmat lib. 2. de institut. clericor.
 cap. 35. cum ait: hoc autem die Symbolum compe-
 tentibus traditur, propter confinem Dominica Pa-
 scha solennitatem: vt, qui iam ad Dei gratiam perci-

Dominicæ
 Palmarum
 varia nomi-
 na.

piendam festinant, fidem, quam confiteantur, pro
seant. Vulgus autem ideo hunc diem Caput lauari
vocat, quia tunc moris est lauandi capita infantum
qui vngendi sunt, ne forte observatione quorundam
ma sordidata ad vntionem accederent. Quia
omnium cum fere eadem sint verba, eadem
quoque rationem penitus significat: quae
æque pro adultis, atque infantibus vim, et
bur obtineat, putandum est, pariter vntionem
caput lauari solitum fuisse, ita vt, quod supra
res supra solum de infantibus meminimus,
non ad ætatem, sed ad Dei fidem, atque religio-
nem referatur. qua ratione scimus alibi
tribus infantia nomen vsurpatum. Atque
meam coniecturam valde confirmare videtur
Iacobus Pamelius, & Ioannes Flickeus, quorum
quorum ille in Tertull. de bapt. hic de quibus
gesima cap. 14. eum Dominicum diem Caput
lauij nomine appellatum dicunt, quod illi
tali fonte abluendi capita lauabant, nihil aliud
latim de infantibus, aut adultis explicandum
vero etiam minime veritati consentaneum
aliquo ritu, ac cæremonia infantes gauisios
qua viri adulta ætate caruerint: cum potius
aliquid indulgere, æquū fuerit, in iis præter
rebus, quæ ad corporis, animive sordes abluen-
das pertinebant. Ideo autem dixi, solum in
Gallia, & Hispaniis hunc morem reuerentem
esse, quia omnes citati Authores in alterutra
rum floruerunt. Quod si quis, hæc minus reuerentem
esse, arbitretur; & aut in omnibus Ecclesiis
tinis, aut ne in his quidem hanc consuetudinem
viguisse, cõtendat; quoniã cum Hispania

Caput lau-
bant adulti
& infantes,

Infantis
nomine
appellaban-
tur omnes
baptizandi.

tum Gallica Ecclesia Romanæ ritus sequun-
 tur: oportebit in promptu habere ea, quæ vo-
 lumine secundo, vel tertio dicturi sumus: cum
 ad Missæ ritus venerimus. ibi enim probabi-
 tur, olim Galliam, & Hispanias a Romana Ec-
 clesia in rituum ratione discrepasse, eo profus
 modo, quo nunc Ambrosiana ab eadem di-
 vertit: nec eius dissidij finem esse factum prius,
 quam Concilium Moguntinum secundum
 celebratum est, anno salutis DCCCXIII. post
 quem visum receptum esse arbitror, ut nemo ca-
 pitis abluionem amplius adhiberet: tum ne
 ab Ecclesia Romana dissentire videretur: tum
 vitiosæ abluionem demereriis, qui il-
 lam abluionem baptismum esse rati, verum,
 salutaremque baptismum respuebant.

Gallia, &
 Hispania o-
 lim Eccle-
 siæ Romane
 ritus non
 servabant:
 & quando
 eos servare
 ceperint.
 Mos ablu-
 di capitis
 quando ces-
 sauerit, & c.
 ius causa.

De expositione, & recitatione pre-
 cationis Dominicæ.

CAP. XVI.

Postidie eius diei, hoc est, feria secunda
 hebdomadæ sacrosanctæ arcana Domini-
 cæ precatiois mysteria exponebantur. cuius
 rei perspicua sunt testimonia in sanctis Patri-
 bus, Augustino in primis Homil. 42. de com-
 mendatione orationis Dominicæ, & eius ex-
 positione: vbi hæc inquit: *symbolum reddidisti,*
quo breviter comprehensa continetur fides: iam, ut
ante dixi vobis, quod ait Apostolus Paulus, quomo-
do invocabunt, in quem non crediderunt? quia ergo

Oratio Do-
 minica bap-
 tizandis
 exponeba-
 tur fer. 2.
 post Do-
 min. Pal-
 mar.
 Rom. 10.

quomodo credatur in Deum, & accepistis, & tenuistis, & credidistis, accipite hodie, quomodo inuenitur Deus. ipse filius, sicut audistis, cum Euangelium loqueretur, docuit discipulos suos, & fideles hanc confessionem. Spem habemus obrinendae causae nostrae, quae talis iuris peritus nobis preces dictauit, sicut credidistis, qui sedes ad dexteram patris, ipse est aduocatus noster, qui venturus est iudex noster. inde enim venturus est iudicare vivos, & mortuos, tenete ergo orationem hanc, quam reddidistis die Sabbatissimi, quo die baptizandi estis. quae verba antequam explicentur, visque argumenti appareat; sciendum, illam homiliam feria secunda post diem Palmarum habitam esse; ut colligitur potest ex serm. 119. quem inscripsit de feria secunda post Palmas, ubi haec subduntur: *eadem die alius sermo de eodem, qui habetur in libro quinquaginta homiliarum XLII.* quo postea recte sequitur, quod dicimus; quoniam hodie in allato loco inquit orationem exposuit. In quo citando consulto longior fui, quia quoque ad hoc caput pertinentia colligi possunt: primo, post recitationem duodecim capitum, exponi solitam esse, cum dicatur: *confessi estis, qui sedet ad dexteram patris;* confitio autem ex recitatione cognoscatur: deinde orationem, quare diuerso tempore duodecim Apostolorum sententiae, & Dominicae precatio traderentur, fuisse, quod prius credendum modum, quam petendi, cognoscere oportet: quorum primum symbolo, alterum oratione consequimur. Non inficior tamen, saepe aliam explicari solitam, praesertim si prima vice illam

Precatio
Dominica
exponetur
post
Symbolum
fidei, &
quare.
Precatio
Dominica
quando plures
exponi
continget.

minus recte intelligentia percepissent. quem-
 demodum facit S. Augustinus feria 4. post Pal-
 mas in serm. 126. de temp. & die baptismi. serm.
 171. & 182. Immo etiam breui temporis lapsu
 non nihil variatum est; vsusq; postea obtinuit,
 ut feria secunda hebdomadae tertiae quadrage-
 simae exponeretur: de quo in Ordine Romano
 scriptum est tit. de denunciati. scrutin. ad elect.
 quod tertia hebdomada in quadragesima, se-
 cunda feria, nunciatur: eadem die tanguntur, au-
 res, & nares catechumenorum digitis presbyterorum.
 eadem die percipiunt orationem Dominicam, & sym-
 bolum ad reddendum in sabbaro sancto Pascha. ve-
 rum huiusmodi mos denuo immutari cepit; fa-
 ctumq; est, ut ad feriam quartam hebdomadae
 quartae quadragesimae orationis explicatio de-
 duceretur: cuius nobis author est Amalarius
 Fortunatus lib. 1. de Eccl. Offic. c. 8. his verbis:
 Secunda varietas fit in quarta hebdomada Quadrage-
 simae, & in quarta feria. memorata quarta feria a-
 pud cultores Ecclesiae in apertura aurium dicitur. ead-
 em die tanguntur nares, & aures catechumenorum,
 & presbyterorum. eadem die per igitur orationem
 Dominicam, & symbolum ad reddendum in sabba-
 ro sancto Pascha. Nec mihi illud dixeris, ex S.
 Augustini sententia, precationem Domini-
 cam octavo die, postquam explicata fuerat, re-
 citatam esse: cum homil. 42. dicat: ad octo an-
 norum dies ab hodierno die reddituri estis hanc orationem,
 quam hodie accepistis; ex quo colligere videris,
 eandem orationem ipsius Augustini aetate ali-
 quanto ante feriam secundam hebdomadae
 praecedentis expositam fuisse; quoniam ab illa

Oratio
 Dominica
 quando ce-
 perit expo-
 ni ser. 2.
 hebdom. 3.
 Quadrag.

Orationis
 Dominicae
 explicatio
 deducta ad
 ser. 4. hebd.
 4. Quadr.

ad baptismi diem, quo recitabatur, octiduum non intererant. nam id ex hominis opinione

Oratio Dominica non necessario recitabatur ante baptismum. profectum est, existimantis, orationem Dominicam ante baptismi administrationem necessario recitatam esse. quod quam manifestum sit, ex eo conuincitur, quoniam illa feria secunda post feralem Christi nativum habitata est, vt supra probauimus. Et S. Augustini ea fuisset opinio, vt baptizati reddiduri estis non orationem, sed synagoga quare diem alium indicare voluit, baptizati posteriorem; qui cum octauus sit a feria secunda hebdomadae sacrosanctae, eum secundum diem post Paschalia mysteria esse, necesse est.

Oratio Dominica recitabatur feria 2 post Pascha. Suffecto autem more exponendi feria secunda hebdomadae tertiae, vel feria quarta hebdomadae quartae, ab Ecclesia lege cautum fuit, non nisi in Pascharis, aut Pentecostes periclyo redderetur; sicut ex allatis Amalarij verbis eadem die percipiunt orationem Dominicam, et periculum, ad reddendum in sabbato sancto paschalis spicue intelligimus. quod ipsum tradidit Amalarius Flaccus lib. de Diuin. Offic. cap. de Sabbato S. Pasch. adijciens, hoc S. Gregorius instituisse; dum ait: post hac, ponit manus super caput eorum, & dicit orationem ad catechumenos, iuxta dum hic iuxta sanctum Gregorium reddunt periculum, & orationem Dominicam, aut patris periculum.

Oratio Dominica quando ceperit recitari die baptismi. Neque vero hoc loco expectandum est, cum Ioannis Zonaræ in c. 78. Synodi sextae Trulensis auctoritati respondeam, qui asserit, singulis hebdomadis baptizandos eam orationem

Oratio Dominica quando ceperit recitari die baptismi. Neque vero hoc loco expectandum est, cum Ioannis Zonaræ in c. 78. Synodi sextae Trulensis auctoritati respondeam, qui asserit, singulis hebdomadis baptizandos eam orationem

partem, quã didicerant, Episcopo, vel presby-
teris recitasse, non enim is sum, qui, quicquid
visum est, verum, ac certum esse, existimẽ.
videtur hoc illi, qui inania, & leuia consecran-
tur. meo autem iudicio ita est Zonaræ vera au-
thoritas, si de sui temporis moribus sermo sit:
verum de superiori ætate, & primis Ecclesiæ
temporibus, nisi alia testimonia accedant, mi-
hi non probatur.

*De more pedes abluendi, qui Mediolani, & in aliis
regionibus seruabatur.*

CAP. XII.

Ed age, iam dicamus de ablutione pedum, ^{Baptizadis}
Sed inque ritibus, ac caeremoniis, quæ me ^{pedes ab-}
tam legem, ac morantem, duabus de causis ^{lucantur.}
maxime impellit ad scribendum: primo quod
a communi hominum cognitione remota est,
nec passim obuia legentibus: deinde, quia pe-
cabarem ferè nostræ Ecclesiæ consuetudinem
attingerem cuius illustrandis ritibus, & ad suam
quemque deducendum originem, aliquando
seorsim mea opera versabitur. Sanè cum S.
Ambrosius, nostræ Ecclesiæ parens, atque fun-
dator, eam caeremoniam adhiberet, longum
negocium a multis, præsertim a Pontifice pas-
sus est; cui ille pro sua prudentia respondens,
egregiè suam causam defendit: nec destitit a
suscepto negotio: donec Christum, & S. Pe-
trum eius consuetudinis authores faciens, alio

526 De Antiq. Bapt. rit. ac Cer.
etiam in suam sententiam, atque conser-
nem pertaheret. Quamobrem lib. 4. de
cap. 1. Ecclesiam Romanam, quæ ab eorum
abhorrebat, quodammodo arguens, sic
summus sacerdos, licet enim & presbyteri
rint, tamen exordium ministerij à summo
dote; succintus, inquam, summus sacerdos
lauit? quid istud mysterium? audisti
Dominus, cum lauisset discipulis alios pedes,
Petrum, & ait illi Petrus: tu mihi lauas pedes
est, tu Dominus seruo lauas pedes? Vides
stutiam, vide humilitatem, vide gratiam, vide
Etificationem. non ignoramus, quod Ecclesia
hanc consuetudinem non habeat, cuius ty
nibus sequimur, & formam: hanc tamen
dinem non habet, ut pedes lauet. Vide ergo
propter multitudinem declinat. sunt tamen
dicant, & excusare conentur, quia hoc non
faciendum est, non in baptismo, non in
ne: sed quasi hospiti pedes lauandi sunt
militatis, aliud sanctificationis. denique
mysterium est, & sanctificatio. nisi lauro
non habebis mecum partem. hoc ideo dico,
alios reprehendam, sed mea officia ipse
in omnibus cupio sequi Ecclesiam Romanam,
men & nos homines sensum habemus. ideo
libi rectius seruat, & nos recte custodimus.
sequimur Apostolum Petrum, ipsius in
uoniani. ad hoc Ecclesia Romana quid
tisque ipse author est nobis huius asser-
tionis Petrus. Petrus ait: Domine non
solum pedes, sed etiam manus
& caput: vide fidem, quod ante excusauit,

tatis fuit, quod postea scobtulit, denotionis, & fidei.
responit illi Dominus, quia dixerat manus, & caput:
qui lauit, non necesse habet iterum lauare, nisi ut so-
lus pedes lauet. quare hoc? quia in baptismo omnis
iniquitas diluitur, recedit ergo culpa: sed, quia Adam
supplantatus à Diabolo est, & venenum ei effusum
est supra pedes, ideo lauas pedes, ut in ea parte, in qua
iniciatus est serpens, manus subsidium sanctifica-
tionis accedat, quo postea te supplantare non possit.
lauas ergo pedes, ut laues venena serpensis, ad humi-
litate quoque proficit, ut in mysterio non erubescas,
quod non dedignamur in obsequio. & lib. de
inimicis. cap. 6. eiusdem consuetudinis origi-
nem à S. Petro repetens, ait: Venit ad simonem
Petrum, & ait Petrus: non lauabis mihi pedes in
aeternum, non aduenit mysterium, & ideo ministe-
rium recusat, quod grauari humilitatem serui cre-
deret, si sibi obsequium Domini patienter admitteret.
cui respondit Dominus: qui lotus est, non indiget,
nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus, mundus e-
rat Petrus, sed plantam lauare debet: habebat enim
primum hominis de successione peccatum: quando
serpens supplantauit, & persuasit errorem, ideo
plantam eius abluatur, ut hereditaria peccata tollan-
tur. Egregia sanè hominis in sua sententia fir-
mitas, & digna Ambrosio in probanda consue-
tudine sapientia. Ex quo tamen nolim colli-
gis, eam consuetudinem solummodo in nostra
Ecclesia receptam fuisse. nam præterquam
quod idemmet Author supra, se aliorum morem
sequi, dixit illis verbis: quod alibi rectius seruetur,
& nos recte custodimus: etiam S. Augustinus e-
iusdem consuetudinis meminit Epist. 118. ad

Mos abluendi pedes alicuius, quare Mediolani,

Ianuar. à quo interrogatus, quid agendum
 in iis, in quibus regionū, aut Ecclesiarum
 variat: respondit, faciendum cuique, quod
 ea Ecclesia, cui datus est Preses, obseruari
 perierit: ac de baptismo quidem sic: si quis
 queris, cur etiam lauandi mos ortus sit? non
 de hac re cogitanti probabilius occurrit, nisi quod
 rixandorum corpora per obseruationem Quada-
 ma sordidata, cum offensione sensus ad fontem
 elarentur, nisi aliqua die lauantur. istum
 diem potius ad hoc electum, quo cœna Domini
 uersariè celebratur, & quia concessum est
 num accepturis, multi cum his lauare uolunt
 iuniumque relaxare. ubi quamuis nulla
 mentio sit, de illis tamen abluendis intellegi
 oportet: quia potissimum ad Ecclesiam Me-
 lanensis ritus alludit. & Epist. sequenti ad
 dem pedum ablutionis expressè meminit. In-
 mo in Concilio Eliberino cap. 48. legimus
 uandi consuetudinem uetitam esse: ut
 post probabitur: quod argumento est, am-
 Hispaniis viguisse. & Palladius hist. Lat.
 sect. 73. de serapione Sindonita, qui uelut
 ua religionis planta in Ægypti, Lybiaeque
 quamuis sterili feliciter increuit, hoc
 lentissimæ pietatis argumentum referre: quod
 duobus histrionibus, ut faciendæ diuini
 sementi commodior campus daretur, se in
 gam seruitutem leui mercede addiderit: atque
 in eorum ædibus tandiu cômoratus sit: quod
 à nefariis ritibus, & cultu sacrilego reuocatus
 ablutis pedibus, aqua salutari expiaret. scribit
 enim: narrabant itaque Patres, quod, cum quendam
 atque

exercitatore, qui cum eo luderet, se in qua-
 libus orbe gentilibus vendidit histrionibus viginti
 annis; & cum signasset nummos, eos apud se ser-
 uabat, tandem autem permansit, & seruiuit mimis,
 qui cum emerant, donec eos fecit Christianos, & eos
 adduxit à theatro, præter aquam, & panem nihil su-
 cepit: longo autem tempore primus compunctus est
 inquit, deinde mima, deinde uniuersa eorum fa-
 milia, dictum est autem, quod lauit pedes eorum, &
 cetero baptizati recesserunt. Scribam ulterius, &
 sine suspitione mendacij stabit fides. non so-
 lum hi qui sacro fonte lustrabantur, sed etiam
 quandoque susceptores, & ministri pedes la-
 uabant. ut rectè illud ^a Beroldi nostri in hunc
 locum transferri possit: inter hæc magistri de do-
 mo, qui vocantur domestici, debent habere præpara-
 tum vas magnum, plenum aqua calida iuxta fontes,
 in quo prædicti Cardinales, cum exeunt de fonte, de-
 bent se lauare: post hos presbyteri decumani debent
 intrare fontes, & baptizare, & quando exeunt, de-
 bent lauari in eodem fonte. nam superius egerat
 de ablutione pedum, quæ baptizandis adhibe-
 ri solebat; & nunc reliquorum ablutionem
 profequitur. Cardinalium autem nomine Ca-
 nonicos Ordinarios intelligit, quorum munus
 fuisse, ut baptizandos è sacro fonte susciperent,
 ante docuerat.

Lauabant
 pedes etiã
 suscepto-
 res, & mi-
 nistri.
 a Caremo,
 Ambros.

Canonici
 Ordinarij
 olim dicti
 sunt Cardi-
 nales.

LI

Quare baptizandi pedes abluerent; abluendum fuisse Episcopum; atque in sinu ecclesiarum foribus constituto lauari soliti; abuter de Christianorum, & Iudeorum, antiquum more ante Ecclesiarum vestibula instruendi.

C A P. XVIII.

Quibus autem rationibus abluendi consuetudo inuenta sit, suppedabitur. Quis docendi fidelem populum ex locis habrosij, & Augustini. nimirum aut in eis in qua venenum serpens Adamo effudit, postantius auxiliu diuinæ gratiæ accedebat, postea homines supplantare non possent; piscopis, & sacerdotibus ad sui despiciendum proderat, ministeria in baptismo non detantibus, quæ in suscipiendis hospitibus bant; aut Competentium corpora multitudine dragesima sordibus inquinata, sine ostentatione poterant. Sed hæ causæ sunt abluendigraviissimæ; possunt etiam præterea nominat esse leuiore, vt scilicet eius ablutionis, in baptismo anima interius cluitur, velut positio antecederet; aut, quemadmodum Gentiles, & Iudæi pedes hospitibus lauabant, honoris, atque officij causa, teste Genes. 18. 19. Luc. 7. Plaut. in Pers. & aliis plautibus

Triplicetatio, quare baptizandi pedes abluerent,

Alia rationes abluendi pedes baptizandis. Hospitibus pedes lauabantur.

pedum ablutio honorem, & reuerentiam
 erga baptismi sacramentum accedentibus cō-
 siliaret. Inter cetera vero, quæ hunc ritum ma-
 xime conueniant, illud non postremum lo-
 cum obtinet, quod ipse Pontifex, aut cum eo
 presbyteri digniores tantæ dispicientiæ munus
 gerant. scribit enim S. Ambrosius lib. 3, de
 sacram. cap. 1. succinctus est summus sacerdos: li-
 ter cum presbyteri fecerint, tamen exordium mini-
 strum summus est sacerdos: succinctus, inquam, sum-
 mus sacerdos pedes tibi lauit. quo loco videmus,
 Episcopum, veste succinctum, eam cæremon-
 iam peregerisse. quod etiam a Beroldo tradi-
 tum apparet in cæremon. Ambros. cuius ma-
 xime scriptus codex ad nos longa annorum serie
 pervenit: dum eandem cæremoniam refe-
 rent, inquit: tunc Archiepiscopus lauat pedes pue-
 rum tribus pedibus, & extergit eos cum manutergio.
 De paulo post in eandem sententiam scribit,
 Custodes, qui Archiepiscopo pedes lauanti in-
 terueniant, ab eodem Archiepiscopo magni-
 tudine, & splendide conuiuio exceptos esse, his
 verbis: secundum præterea, quia illi duo custodes, qui
 præterunt aquam, & manutergium Episcopo ad
 pedes ad lauandum pedes puriorum, & ad extergen-
 dum præterunt, & tres custodes maiores, qui dederunt
 pedes Cardinalibus in fontibus, & ostiarius hebdo-
 narius, qui a processione portauit crucem auream,
 & ceteri: omnes isti honorifice debent præterere
 Archiep. Ac ne quis putet, aqua baptismali
 aut alia quapiam, ex singulorū domibus cōsul-
 tis adnecta in pedū ablutioe vsos fuisse, lecto
 communitum velim, primæuo Ecclesiæ ret.

Pedes bap-
 tizati ab-
 luebant B-
 piscopus.
 Custodes,
 qui ablu-
 tioni pe-
 dum inter-
 uenerunt, ab
 Episcopo
 conuiuio
 excipie-
 bantur.
 Can. nici
 Ordinarij
 Cardinales
 Quoniam
 aqua pedi-
 bus ablu-
 tis interui-
 nis.



tempore fontes in Ecclesie foribus con-

ros, in quibus singuli Ecclesiam ingre-

nt, & faciem abluant. Quod testatur

illud Templum a Paulino Tyriorum

copo extructum, cuius Eusebius mem-

or. histor. cap. 4. in hæc verba: deinceps

ex aduersa fronte Templi profuent aqua riu-

ales positi, quibus omnes, qui in sacros Tem-

plum introeunt, sordes corporum abluant

in sacrosancta baptismi lauacra representantur.

locus, in quo singuli introeuntium primum, ut

uent, morantur, sicut cuique ornatum, & splen-

dorem affert, sic illis, qui primis fidei principibus

inueniuntur, mansio percommoda est ad ac-

quiscentiam. forte etiam ad hanc consuetudinem pertinet

fontis ille in atrio Basilicæ Vaticanæ Romæ

situs, de quo Paulinus Nolanus Epist. 11. ad

Thimotheum sic scribit:

sancta nitens famulis interluit atria lymphæ

Cantharus, intrantibusq; manus lauat, ammentis

certè S. Io. Chrysostr. hom. 52. in cap. 15. Ma-

cum populum è corruptis moribus ad emen-

tiores vitam traducerè conaretur, hunc

lucendi morem ei obiecit; non quia Christi-

anismo professione haud congruere arbitraretur, sed

quod paulo maius studium in abluenda interiorum

partium esse collocandum, fideles intelligerent. Ita

dicimus verba: in nonnullis tam Ecclesiarum hanc

consuetudinem corroboratum videmus, ut diligenter manus

lauant, quomodo manibus loti, candidis induantur

oculis, in Ecclesiam ingrediantur: quomodo

animam, atq; mentem suam puram, atq; defec-

tam offerant Deo, nullam prorsus habent curam, hanc

Fontes pra
foribus Ec-
clesiæ Chri-
stianorum
ad manus
& faciem
lauandam.

... quia lavare os, aut manus prohibeam, sed quia
 ... aqua solum lavare os velim, verum etiam, ut a-
 ... quae est, omni virtutis numero, & adhuc Romae
 ... veteris consuetudinis vestigium apparet in o-
 ... ratorio S. Pauli ad tres fontes, quod a tribus fo-
 ... ribus ibi aedificatis appellationem obtinuit:
 ... quemadmodum Onuphrius Panvinius docet
 ... de princip. urb. Com. Basilic. Atq; haec consue-
 ... tudo a praefecis Iudaeis profecta est, apud quos
 ... non solum sacerdotes, sed & caeteros omnes ma-
 ... nibus lotis Deo precēs effudisse, cū illud Exod.
 ... ostendit: facies & labrum aeneum cum basi sua
 ... ad lavandum, pone sq; illud inter tabernaculum testi-
 ... monij, & altare, & missa aqua lavabunt in ea Aa-
 ... nae, & filij eius manus suas, & pedes, quando ingres-
 ... suri sunt in tabernaculum testimonij, & quando ac-
 ... cessuri sunt ad altare; tum Aristaeas docet, de sep-
 ... tuaginta duobus interpretibus haec scribens:
 ... ne consulato, ad diversa loca divertunt: atque (ut
 ... mos est Iudaeis omnibus) manibus prius in mari lotis,
 ... Deo precēs effundunt. & paulo post: interrogavi equi-
 ... dem & illud quoq; cuius gratia, cum vota facerent,
 ... prius lavarent. quae tunc talia demonstrarunt,
 ... illud testimonium esse, ne quid perperam agant, sed
 ... pie, sancteque perficiant: quandoquidem universa o-
 ... pera manibus exerceantur, recte singula ad iustitiam,
 ... & veritatem referentes. Immo & ipsos Gentiles
 ... illud in usu habuisse, plura ex suis Authoribus
 ... testimonia afferri possunt, Cicerone 2. de le-
 ... gib. & Plutarcho in quaest. centur. sed illud pre-
 ... clarum, & gravissimum est, quod apud S. Iusti-
 ... num legitur in Dialogo, cui titulus est Trypho:
 ... puros (inquit) lavationem hanc cum audissent demo-

Oratorium
 S. Pauli ad
 tres fontes
 cur ita vo-
 catur.
 Fontes pra
 foribus Ec-
 clesiarum
 apud Chri-
 stianos vn-
 de profe-
 cti.
 Orabant
 Hebraei
 manibus
 lotis.
 Gētilēs in-
 gressuri in
 Templum,
 vel sacrifi-
 caturi la-
 vabantur.



nes per prophetam promulgatam, ut & ingredi
delubra eorum, & accessuri ad illos, atque in
bus, & adipis nidoribus offerendis operari
aqua aspergine lustarent, effecerunt. quibus
que corpore lauantur prodeuntes, primum
pla, ubi illi collocati sunt, veniant, in sanctis
ra sua curant. S. etiam Ioannes Chrysolomus
Homil. 2. in cap. 2. Matth. de Magia loquitur
ait: hi ergo per singulos annos post messis tra
viam, ascendebant in montem aliquem, in quo
qui vocatur lingua eorum Mons Victorialis, in
in se quandam speluncam in saxo fontibus, et
Eis arboribus amantissimis: in quem ascendentes
lauantes se, offeriebant, & orabant in silva
tribus diebus.

Sed is Christianorum mo
pridem ab Ecclesia antiquatus est: atque
locum successit aqua, sacerdotis precibus
secreta, qua ad levioris piaculi medicinam
deuntes Ecclesiam, adsparguntur. Igitur
fonte, qui in Ecclesiae limine constitutus
omnes caelesti baptismate donandi pedes
leuiter abluant. Pro qua re cum munda
gumenta facile adduci possint, sufficiat, quod
ab Eusebio dictum est loco citato, somnium
lum baptismi lauacrum expressisse: quibus
tismi praesidium quoddam existeret: de quo
eum catechumenorum sedem in atrio Roma
constitutam, deinde quia nullam aliam aquam
lanandis baptizandorum pedibus quis exco
tare potest, cum nec catechumeni in Ecclesiam
Ecclesiam ingrederentur: nec, Episcopi ab
ab ea abluisse, probabile sit. Verum hoc in
telligi debet, ut solum ea tempora in clau

Fontium pre
foribus Ec
clesiarum
mos apud
Christia
nos anti
quatus.
Aqua pia
cularis in
Ecclesie
foribus o
rigo.
Baptizan
dorū pedes
abluantur
in fonte pra
Ecclesie
foribus
constituto.

quibus adultorum baptismus in Ecclesia frequens fuit nam postmodū eo oblitterato, cum, pueros quotidie baptizari, necesse esset: iamq; fontes ad lauandum in foribus Ecclesie desijissent: mos obtinuit, in vase nitido aquam lauandis pedibus in Ecclesiam deferendi. quod Beroldi verba, ^a debent esse preparati vnus cum vase aqua, alter cum manutergio. Et tunc Archiepiscopus lauit pedes, & infra, debent habere preparatum vas magnum, plenum aqua calida, in quo debent se lauare, aperte significant.

Vas lauandis pedibus baptizandorum in Ecclesiam delatum.
 * Carremo.
 Ambros.

Aquam lauandis pedibus prius frigidam, tum calidam adhibitam fuisse: eam nullis sacerdotum precibus consecratam: ac ipsum lauandi morem alicubi solitum, alibi, in alium diem mutatum.

CAP. XIX.

ET sicut eandē aquam prius frigidam fuisse, euidenti coniectura colligimus: quoniam in fonte, qui ante Ecclesiam erat, abluere solebant: sic postmodum calidam adhiberi ceptam esse, ex illo Beroldi, *plenum aqua calida*, licet intelligere. Neque tamen idcirco putandum est, aquam illam vllis sacerdotum precibus consecratam fuisse: nam si hoc esset, alicubi consecrationis mentio extaret: nec aliter discrimen inter ipsam, & baptismalem dignosci posset. Sic diu inter Romanam Ecclesiam, & Mediolanensem de bonitate huius consuetudinis certatum est: & habuit notam, qui se imitatores, & socios palam profiterentur. Verum postea, cum suspicio esset, ne

Aqua baptizandorum pedibus abluendis erat frigida.
 Aqua calida abluendis pedibus quando adhiberi ceperit.
 Aqua pedibus baptizandorum abluendis consecrata non erat.

opinionem eius necessitatis imperita multitudine
 laboretur, à nonnullis id fieri desit: ab alio
 tiam in tertium diem Octodiale, vel in
 Octodiale penitus deductum est, ut a baptis-
 mi sacramento abesset. quæ omnia recte
 cauit Sanc. Augustinus Epist. 119. ad Ianuarium
 scribens: de lauandis vero pedibus, cum Domini
 hoc propter formam humilitatis, propter eorum
 commendam venerat, commendauerit, sicut ipse
 ter exposuit, quæ si sum est, quoniam tempore
 mum res tanta etiam facta doceretur, et
 pus occurreret, quo ipsa commendatio religio-
 reret: sed, ne ad ipsum sacramentum baptis-
 retur pertinere, multi hoc in consuetudine
 noluerunt: nonnulli etiam de consuetudine
 non dubitarunt: aliqui autem, ut hoc sacra-
 pore commendaretur, et à baptis-
 taretur, vel diem tertium octauarum, vel
 tiam octauum, ut hoc facerent, elegerunt. Ad
 tremum vero, cum eo res adducta esset, ut
 solam abluitionem sine alio baptismo ad
 rem sufficere, multi existimarent, decretum
 in Concilio Eliberino cap. 48. ut nullus ap-
 sterum abluitionem pedum adhibere
 emendari (inquit) placuit, ut hi, qui baptis-
 (ut fieri solebat) nummas in concham non
 ne sacerdos, quod gratis accepit, pretio distra-
 deatur, neque pedes eorum lauandi sunt à
 tibus, vel clericis. Et si merito hic dubitatur
 test, an abluio pedum absolute veritas
 an solum, ne ab Episcopo celebraretur, non
 bi nos ex vulgata lectione, sacerdotibus, vel
 cis, posuimus: Garicas Loaisa, diligenter

Mos ab-
 luendi pe-
 des bap-
 tizandis à
 Concilio
 Eliberino
 vetitus.

conciliorum Hispanorum collector, legit: à sacerdotibus, sed clericis: ut sensus sit, sacerdotibus quidem ablutione pedum interdici, verum eius rei provinciã clericis demandandam esse. quam difficultatem nemo recte explicarit, nisi veterum græcum consulat, cuius copia nobis deest. & cum vtrique paria autoritatis momenta inveniuntur, libenter ab vtraque parte assertionem sustinebimus. Est tamen consensus credere, priorem versionem ad veritatem propius accedere: cum Synodi consilium fuerit, falsam opinionẽ demere, quæ, siue Episcopi, siue clerici abluissent, de vero baptisimate suscepto oriri poterat. Vt cunq̃ tamen res habeat, illius concilij scito Ecclesia Mediolanensis non paruit, siue quia provinciale fuit, nec confirmatum à Romano Pontifice, ut Belarminus lib. 2. de imag. ca. 9. affirmat: siue gratiori alia causa, quæ nostræ Ecclesiæ duces ad id impellere potuit. nam Beroldus, qui multis sacralis ab eo distat, abluendi consuetudinis meminit * locis citatis. ex quo pro veritate librorum S. Ambrosij de sacramen. certissimum argumentum colligi potest: cum alter alterius locum, & sententiam de pedum ablutione cõferret, quod obiter scribere volui, ut hæreticis, qui illos verè aureos libellos temere negarunt, fides infringatur.

Mediolanensis ritus abluendi pedes diu teruentus est.

* Ceremo. Ambrosij.

Quo die pedes abluerentur, ac breuiter deorum
lo, pariterque posterioris super Episcopi
caput impositione.

CAP. XX.

Ceterum Beroldus post baptismi ritum hanc ceremoniam refert: cum antequam ante baptismum die Christi Apostolorum pedes lauantis commemoratione celebrari soleret: ut multis argumentis probabile est. nam pedum ablutio, quemadmodum supra diximus, ad detergendas corporis ferias quæ baptizanti stomachum facere poterat instituta videtur. quæ ratio, post baptismum locum non habet. deinde S. Ambrosius de sacram. cap. 1. & lib. de inician. cap. 6. quæ attulimus, aperte significat, pedes abluendos consueuisse, ut macula ortu contracta deleatur. cum post baptismum omnis peccata abolita sit. ^a Palladius quoque refert, quod histrionibus ante pedes ablutos esse, cum baptizantur, quod a baptizantibus impertitum, ex quo abluendos ante baptismum priorem fuisse, omnes intelligunt. die autem feriæ quintæ hebdomadæ laetificandis, ut rationes eas, quæ ex coniectura pendunt, omittamus, sancti Augustini certissimum testimonium Epistol. 118. ad Ianuar. cum dicitur: si autem queris, cur etiam lauandi mos ortu sit, mihi de hac re cogitanti probabilis occurrit, quod baptizandorum corpora per obseruationem Quædam

Ablutio pedum fieri cepit post baptismum, cum prius fieret ante, hoc est, die Iouis S.

^a Histor. raul. sect. 73.

persona fordidata, cum offensione sensus ad fontem tria-
 rentur, nisi aliqua die laurentur. istum autem
 dum potius ad hoc eleatum, quo caena Dominica an-
 nualiter celebratur. & quia concessum est hoc bap-
 tismum accepturis, multi cum his lauare voluerunt,
 et ritum relaxare. Beroldus igitur solum sui
 temporis consuetudinem expressit, quod indi-
 cant eius verba, cum baptismi trium puerorū
 meminit: qui antiquitus quando in Paschate,
 vel Pentecoste baptizabantur, in usu non erat.
 fieri enim potuit, vt, quemadmodum, teste S.
 Augustino Epist. 119. ad Ianuar. honoris ergo,
 a die altero in alterum ea consuetudo mutata
 est: sic etiam Mediolani ad caeremonias post
 baptismum delata sit: vt negligendi veri bap-
 tismatis occasio demeretur. Et sic intelligendi
 sunt, quotquot eam caeremoniam post bap-
 tismum numerarunt: cum posteriorum temporū
 ratio habita sit. Hoc insiruant, tolluntque alij,
 vir nobilis in primis, qui me valde mouet; vel
 quod ita iudico, doctissimum, & eruditissimum
 omnium, qui caeremoniarum artem professi
 sunt, vel quod familiariter mecum ea de re di-
 spatans, rationem non spernendam ex S. Pe-
 tro, & Christi exemplo visus est afferre, quia il-
 le, cum torius corporis sordes deterfisset, post-
 modum pedes abluerit, a quo primum quæro,
 in similitudine, vel exemplis omnium ve-
 rum veritas sit exquirenda. si affirmet: philo-
 sophorum placito repugnabit: sin autem ne-
 get: nihil opinioni meæ contrarium sentire vi-
 debitur. Nam S. Ambrosius, & quicumq; pedes
 abluendi consuetudinem à S. Petro deduxere, facta.

Pedes ab-
 luendi cō-
 suetudo à
 S. Petro pro
 facta.

illud potissimum innuere voluerunt, quem
modum Petrus, ipso Christi testimonio
tamen pedes abluir, sic ad baptismum, quo
nis peccati maculam eluit, accedentibus
des abluendos esse, nulla vel antecedenti
subsequendi habita ratione. Deinde
Ecclesie vestigium consideret, cum Episcopus
die, qui septem rerum sacrarum institutio

ablutio pe- est sacer, multis e clero officij causa pedes
dum Ioue luit. nam, ex eo, quod baptizandi pedes ablu-
sancto vn- bant, alios quoque abluendi vltim recepta
de profecta non e contra, prater innumeras rationes,
eo colligitur, quod S. Augustinus inquit: *Ab-*

ablutio pedum fie- *autem diem potius ad hoc electum, quo cetera Domini
bar die Io- ca anniuersarie celebratur. Et quia concessam
uis sancti. baptismum accepturis, multi cum his laudare
Ablutos runt, ieiuniumque relaxare. Ex quo illud efficitur
pedes Pon- vt feria quinta, que sollempnem Christi ad
rifex oscu- redeuntis memoriam praecurrat, antiquis
labatur, & pedes baptizandis abluerentur. Restat, ut
posterior pedum osculatione, & posterioris partis pe-
pars pedis imi super Episcopi caput impositione, et
eiusdem ablutionem sequi solebant, aliquid scilicet
caput im- nec vero quicquam ita dicam, vt quisquam
ponebatur. fingi existimet: a Beroldo sumam, qui rebus*

agendis interfuit, homine & fidei certa, vt qu-
quam alius, & valde studioso, ac diligenti
multa eius capita sunt de Ecclesie caeremoniis
haec autem, quae iam dicam, sunt sumpta
die sabbati sancti: tunc Archiepiscopus laeua
pueris tribus praedictis, & extergit eos cum manica
gio, & osculatur, & ter imponit calcancos
iusque super caput suum. In hac autem confite

...tine dubitare non possumus, nisi plane ri-
...am expertes sumus, quin multæ rationes in-
...entiri possint: vt si quis osculum ad commu-
...ionem, & pacem, pedis vero super caput im-
...pitionem ad ministri humilitatem referat.
...Sethas, & alias huiusmodi complures sciens
...partereo, quod minus testatæ videantur, quæ
...meum scribendi morem attingant.

Pedes cur
Episcopus
oscularetur
& eos super
caput im-
poneret.

De electis, & scrutiniis; præsertim vero de eorum
ethymologia, atque origine.

CAP. XXI.

VLtimitus gradus eorum, qui iam spiritali-
bus castris cœlestis militia signabantur,
Electi fuere de quorum notione nihil attinet
scribere, cum omnes intelligant, illud nomen
ad Ecclesiæ mores deductum esse, quod adhi-
bita inquisitione de fide, & moribus ad bap-
tismum eligebantur. Et quamuis sæpe à Patri-
bus pro catechumenis, vel competentibus ac-
ceptum fuerit, Ioanne Chrystostomo in primis
homil. ad baptizan. Gregorio in sacrament. &
Ordine Romano de denunc. scrutin. ad elect.
cuius præterea causa in ipsa dierum quadra-
ginta celebritate frequens eius nominis men-
tio incidit; tamen, si pressè, & angustè loqua-
mur, ab vtrisque multum differt: nec, nisi cum
tingendi erant, vsurpari solebat: quemadmo-
dum multis rationibus patet. non solum quia
baptismi tempus cum ipso electionis die con-

Electi cur
ita dicti.

Electi no-
men latè
sumptum.

Electi dis-
ferebant à
competen-
tibus, & ca-
techume-
nis Electi
vocabantur
die bap-
tis-
m.

ne dicitur, scribente Siricio Papa Epist. ad He-
mer Tarraconen. cap. 2. sequitur de diversis
rituum temporibus, prout unicuique illorum
fuerit, improbabilis, & emendanda consue-
tudo nostris consecratoribus (quod commori dicitur)
ratione auctoritatis alicuius, sed sola temeritate
sumitur, ut passim, ac liberè natalium Christi
apparitionis, nec non & Apostolorum, seu magis
festiuitatibus, innumera (ut asseru) plebes baptis-
mysterium consequantur, cum hoc sibi primum
& apud nos, & apud omnes Ecclesias Domini
specialiter cum Pentecoste sua Pascha defendat, quibus
solis per annum diebus ad fidem confuam
generalia baptismatis tradi conuenit sacramenta,
duntaxat electis, qui ante quadraginta, vel etiam
plus dies nomen dederint, & exorcismis, quibus
sue orationibus, atque ieiuniis fuerint exerciti
aut quia Ordo Romanus de die Sabb. S. cum
baptizandos alloqueretur, electorum nomen
appellat, dicens: orate electi, sed etiam quod
mo electus ante dicebatur, quam septem
tiniis probatus fuisset, quorum vltimum bap-
tismi die celebrabatur: ut paulo post constat
Origo, modus, & cetera huiusmodi, quibus
electis dici possunt, ex ipsis scrutiniis pendere
quorum propterea tractationem hic subiciam
ut totius rei cognitio commodius habeatur.
Sed, antequam rem ipsam aggrediar, prius ex-
plicanda est huius nominis potestas, & nomina
Sunt autem scrutinia a scrutando dicta, quibus
in eis de fide, & moribus inquirerent. Ex qua
opinionem dixit Rupertus Abbas lib. 4. de Div.
Offic. ca. 8. quarta ergo feria noua Ecclesie: electio-

Scrutinia à
scrutando
dicta.

scrutinia, quae appellantur scrutinia: scrutinia vero
 dicuntur a scrutando, quia per scrutandum erat in
 his, qui accedebant, ne qua radix amaritudinis sub-
 ierit, velut fuit in Simone Mago. Et Hugo de S. Vi-
 tore lib. de sacram. ca. 17. notandum etiam, quod
 baptizandi in sabbato Paschali, quarta feria quar-
 tuagesimae Christianae militiae, id est, Quadragesi-
 mae deferuntur ad Ecclesiam, ut exorcizentur, & can-
 tici cantentur. & quia praedicta quarta feria de fide
 docentur, & instruantur, ideo dies illa, dies scruti-
 ni, & officium illud scrutinium appellatur. Quin-
 etiam inde plurima lux affertur S. Augustino,
 cum examinem pro scrutinio posuit li. 2. de Symb.
 ad catechum. cap. 1. illis verbis: quid est, quod
 hodie circa vos actum est? quod praeteritis noctibus
 actum non est, ut ex locis secretis singuli produceremini
 in conspectum totius Ecclesiae: ubi ceruice humiliata,
 quae male fuerat antea exaltata, in humilitate
 pedum siliis substrato, in vobis celebraretur examen
 &c. & Concilio Carthaginensi quarto cap. 8. s.
 ut examinari pro scrutari scriptum est: bap-
 tizandi, inquit, nomen suum dent, & diu sub absti-
 nentia vini, & carnis, ac manus impositione cre-
 bra examinati, baptismum percipiant. Quae loca
 cum satis ipsa veterem scrutiniorum morem
 teneant: tamen paulo altius ea reperenda es-
 se, declarant auctoritates Synodi Moguntinae
 2. cap. 3. sacramenta itaque baptismatis volumus
 ut concorditer, atque uniformiter, secundum Roma-
 nam usum inter nos celebrentur iugiter, atque con-
 ferantur: id est, scrutinium ad ordinem baptismatis
 fuit in decretis Leonis Papae sub duobus continetur
 capitulis: & Siricii Papae Epist. 1. de cr. ad Himer.

Sabbatum
 Paschae cor
 dies scruti-
 nij vocare-
 tur.

Tarraconen. cap. 2. sequitur de diversis heretico-
dorum temporibus, prout unicuique libere
improbabilis, & emendanda confusio, que in
consecratoribus, (quod commoti dicimus) in
ne autoritatis alicuius, sed sola temeritate pre-
tur, ut passim, ac liberè natalitius Christi, seu
tionis, nec non & Apostolorum, seu martyrum
uitatibus innumere (ut asseris) plebes baptis-
sterium consequantur, cum hoc sibi privilegium
apud nos, & apud omnes Ecclesias, Dominum
cialiter cum Pentecoste sua Pascha defendat,
solis per annum diebus, ad fidem confluentibus
ralia baptismatis tradi convenit sacramenta,
taxat ecclesis, qui ante quadraginta, vel octo
dies nomen dederint: vbi videmus, electionem
mencionem fieri, qui necessario ordine ad
tinia referuntur. Siue ergo Leonem Patrem
authorem habeant: sicut Synodus Moguntina
innuit, siue ante illum in vtu fuerint, quod
modum ex Siricio colligitur, sane Aposto-
rum tempore non fuerunt: quod ut certum
facit primo consentiens omnium Patrum
ritum, cum ceterorum rituum, qui ab Apo-
stolis fluxerunt, aperte, vel occultè meminerit.
Deinde quia tunc certa baptismi rituum
nondum statuta fuerant, ut propterea
nia celebrate, opus fuerit, præterquam
Vualfridi Strabonis testimonium certum
lib. de reb. Eccles. cap. 26. sic scribens: alii
diderunt in baptismatis sacramento exorcismum,
consecrationem fontis, alij salis, vel saltine infusionem,
alij catechumenorum ordinalem instructionem,
scrutinia diligentissima ad tantum mysterium
paratum

Scrutinia à
quo insti-
tuta.
Scrutinia
Apostolo-
rum tem-
pore non
fuerunt.

rationis statuerunt. Quod si scrutina cæteris
 propriis ceremoniis superaddita sunt: igitur
 Ecclesiæ surgentis exordio non fuere. At, in-
 quies, Albinus Flaccus ad Apostolorum insti-
 tutionem retulit lib. de Diuin. Offic. cap. de
 bapt. Domin. cum ait: *in baptizandis electis, qui
 secundam Apostolicam regulam & exorcismis scru-
 tandi, & ieiunio sanctificandi, & frequentibus præ-
 ceptis sunt imbuendi, duo tantum tempora
 servanda, & Pentecosten esse seruanda, excepto mortis
 periculo, & in persecutionis angustiis, & in timore
 mortis.* Hanc ego auctoritatem multum qui-
 dem fidei, & probabilitatis præferre iudico,
 sed te vera ab eorum causa, qui ita sentiunt, re-
 motissimam esse. regulam enim *Apostolicam*
 non solum, quæ ab Apostolis instituta est, sed
 & eam, quæ a Pontificibus eorum successori-
 bus aliquando præscripta fuit, merito appel-
 lari, nemo inficiabitur, qui sedem Apostolicam
 pro Romana, & Pontificia usurpari, similesque
 loquendi formulas apud veteres Patres recep-
 erunt, intelligat. Albinus igitur solum
 innuere voluit, scrutandi consuetudinem à
 Pontificibus, qui Apostolorum vices gerunt,
 institutam fuisse. quod meam opinionem sta-
 bolue, & confirmare videtur. Atque hanc Al-
 binus Facci esse sententiam, non leui coniectu-
 ra intelligimus. quoniam, si ab Apostolica in-
 stitutions scrutiniarum mos profectus esset,
 Germanæ Ecclesiæ sanctè, & religiosè illum rece-
 perunt. at reperimus, omnes, quæ Ecclesiæ Ro-
 manæ ritus non sequebantur, hanc consuetu-
 dinem non habuisse: quemadmodum de Germana

Apostolici
 nomine
 quid intel-
 ligatur.

Germana
 Eccles. Ro-
 manæ ritus
 non seque-
 batur.

Scrutinia in
Germania
fecerunt
instituta.

constat, quæ non nisi cum Ludouico
potiretur eam recepit, teste Concilio Mog
tino secundo cap. 3. vbi habet: *sacramentum
baptismatis volumus, vt concorditer, atque vni
miter, secundum Romanum ordinem inter
b. entur iugiter, atque conferentur. id est, sicut
ad ordinem baptismatis, sicut in decretis Leonis
in duobus continetur capitulis. & de Gallica
Albini Flacci tempore scrutiniis minime
batur, scribente eodem Albino Flacco de
Offic. cap. 19. neque hoc omittendum est, quod
mani infra Quadragesimam sex scrutinia celebrantur
& hodie septimum. cur enim Romanorum
do meminisset, si & aliis, qui Romanam
eleasiam non sequebantur, in vsu fuissent:
esse igitur scrutinia ab Apostolis instituta
tendum est.*

*Cur scrutinia instituta fuerint, & quinam
suffragiis haberent.*

CAP. XXII.

Causa in-
stituendi
scrutinia

Matth. 7.

Instituendi autem causa grauissima
Nam, cum Christianæ religionis Principes
Dei cultum augeri, atque ad baptismi lau-
mentum castigato vetere luxu omnes accer-
re, vehementer cuperent; ne, quod aut De-
minus, res sanctissima canibus deretur, aut
pillus preciosus in suum conspectu periret.
scrutinia inuenerunt, vt explorarent sapientiam
baptizandi ad omnem virtutem, & charitatem

alius præluerent, conuenienterque sponsioni,
 & Christianæ professioni vitam traducerent.
 Ad quod alludit haud dubie Tertullianus lib. de
 bapt. cap. 19. his verbis: *ingressuros baptismum*
variis cibis, ieiuniis, & genitalationibus, &
periculis orare oportet, & cum confessione omnium
peccatorum delictorum, ut, &c. quorsum enim his pie-
 tentis operibus exerceri, necesse fuit: nisi quia
 in scrutiniis eorum ratio reddenda erat: Atque
 hæc verani & germanam esse interpretatio-
 nem, Iacobus Pamelius author est. Cuiusmodi
 argumenta plurima ex locis pœnitentiæ, con-
 fessionis, cilicij, Vigiliarum, & ieiunij nullo ne-
 gono lector haurire poterit. Sed præterea Cõ-
 cilij Becharenfis secundi Patres eodem spe-
 ciatum cap. i. cum inquit: *placuit omnibus*
episcopis, atque conuentibus, ut per singulas Ecclesias
episcopos, & dioceses ambulantes, primum discutiât
curas, quomodo ordinem baptismi teneant, vel mis-
serunt, & qualiter quacunq; officia in Ecclesia per-
agant, & si recte quidem inuenerint, Deo gratias
agant, in autem minimè docere debent ignaros, &
si hoc præcipere, sicut antiqui canones
dicunt, ut ante dies viginti baptismi, ad purgatio-
nem exorcismi concurrant catechumeni, & cap. 9.
præcipiant Quadragesimæ seruire ieiunia, & me-
morant Quadragesimæ ex viginti diebus baptizandos
ante ad exorcismi purgationem offerre, nihil est
quod aliud, ad purgationem exorcismi concurrere,
vel offerri, quam, ut sponsionis baptismalis ra-
tionem reddant, scrutiniis subiici. Potest id ap-
ertè ex Albino Flacco probari qui lib. de
Diuin. offic. c. de sab. S. Paschæ ipsas baptismi

ceremonias referens, ait: tum sunt sermone
 exploretur certius, an, post renunciationem
 sacra verba data fidei radicibus corde defixerit.
 bus similia tradunt Amalarius Fortunatus lib.
 1. de Eccles. Offic. cap. 8. Rupertus Abbas lib.
 4. de Diuin. Offic. ca. 17. & Guilielmus Duran-
 tus lib. 6. Rational. cap. 16. qui omnes exami-
 nationem ab Ordine Romano desumpserunt.
 bi de hoc per totum a pagina 11. vsque ad pagi-
 nam 35. iuxta impressionem Romanam. Quo-
 bus positus, recte deduci potest, in sermone
 non modo cleri, & sacerdotum, sed etiam po-
 puli suffragia desiderata fuisse. quippe non
 modo fieri poterat, vt in baptizandorum re-
 tam recte, & diligenter inquirent, nisi ab-
 bitis iis, quibuscum familiariter verba bap-
 maxime quia plurimis, grauissimisque deca-
 sis in catechumenorum ordine diu manebat
 vt satis non fuerit diligentia cleri, tunc ter-
 poris paucissimi, ad omnium mores, & actio-
 nes obseruandas. Accedit non vulgaris cen-
 ctura, quod ipsi scrutiniis eadem plebs inter-
 rat. dixit enim S. Augustinus lib. 2. de sermone
 catechume. ferè initio. quid est dilectissimi, quod
 a vobis celebratum est? quid est, quod hac nocte
 vos actum est? quod praeceperitis nobis actum est?
 Vt ex locis secretis singuli produceremini in conspe-
 ctum totius Ecclesiae, vbi cervice humiliata, quae
 fuerat antea exaltata, in humilitate pedum, et
 substrato, in vobis celebraretur examen, &c. non
 verbis, in conspectu totius Ecclesiae, etiam haereticis
 intelligitur. Videretur autem inanis populi pre-
 sentia fuisse, nisi etiam ad illum ius suffragii

In scruti-
 niis clerus,
 & populus
 suffragia
 feriebant.

Scrutiniis
 plebs inter-
 erat.

delatum esset. Author vero etiam Ordinis Romanum Diaconum inducit, omnes fidei Christiane annos invitante, ut certo scrutini die ad Ecclesiam conveniant, quo simul cum ipso, & reliquis clericis de baptizandis sententiam ferant, verba eius hæc sunt: *scrutini die dilectissimi patres, quo electi nostri divinitus instruuntur, immo et ergo scitis, ibidemque solita devotione succedite, sequenti quarta feria circa horam tertiam convenite ad sacramentum, ut caeleste mysterium, quo diabolus cum sua pompa destruitur, & ianua regni caelestis aperitur, inculpabili, Domino iuvante, ministerio peragere valeatis. quem locum si quis ita interpretetur, ut cum electis sermonem esse existimet: ne is parum sapere mihi videbitur. textus enim lenes, & loquendi formula, qua electorum scrutinium indicitur, alios ab electis ad scrutinium invitari, facile demonstrat, quod si alij invitantur, certe quia alicui vsui futuri sunt: nihil autem aliud confectre posse videntur, quam vetustimonium de vita, & moribus perhibeat. quod verbum, *valeamus*, ostendit. Nec verum, quod dicitur a quibusdam Ecclesiasticæ iurisdictioni minime consentaneum videri, ut ius aliquod ad baptismum eligendi laicis, atque profanis hominibus concessum esse, fateamur non est ita. nam olim etiam in eligendis Pontificibus, Patriarchis, Episcopis & clericis quoque ordine initiandis laicorum calculi, & suffragia requisita fuerunt: sicut alio loco pluribus verbis disputabimus; si quando de electione Pontificis, cæterorumque ordinum disputare velimus. Quod si ea Ecclesiæ digni-*

Laicorum
suffragia in
eligendis
Pontificibus,
Patriarchis
& Episcopis,
& clericis ordinibus
initia
dis requirebantur.



Laiici de re-
bus Eccle-
siasticis sen-
tentiam fe-
rebant.

tati non obfuere, etiam iura baptizandi
gendi nihil de re Ecclesiastica detrabere,
minuere potuerunt. Itaque afferunt cen-
simam: quæ cum res tota inanis sit, & vani-
ne efficitur quidem, quod volunt. nam et
superiorum temporum conditio, cum ne-
dum Ecclesia altissimas radices egisset, et
laiici cum clericis res Ecclesiasticas cogno-
rent, siue quia clerus, ob sui paucitatem,
eorum consilio egebat: siue quia laiici cleri-
cum mores, & vitæ sanctimoniam imi-
tant.

Scrutinia septem fuisse, & quo quodque de
celebraretur.

CAP. XXIII.

Scrutinia e-
rant septē.

QVod ad numerum spectat, scrutinia se-
tem fuisse. cuius rei multa habemus
que gravissima testimonia, Ordinis Romani
in primis, cuius hæc sunt verba ex lib. de Eccl.
Mist. ita tamen agendum est, ut à primo scrutinio
quod incipit tertia hebdomada in Quadragesima
que in sabbatum sanctum in vigilia Pasche, septem
scrutinia esse debeant, secundum formam septem-
norum spiritus sancti. Atque huc spectat illa au-
thoritas Flacci lib. de Divin. Officiis
19. de Sabb. S. Pasch. cum scrutinatorum ritum
persequens, ait: neque hoc omittendum est
quod Romani infra Quadragesimam sex scrutinia
celebrant, & hodie solum, in isto septennate

colliguntur dona spiritus sancti in Baptismate data. Sed, ut omittantur veterum testimonia, ad ea, quae hoc non minus declarant, sed videntur recentiora, veniamus. Etenim Rupertus Abbas lib. 4. de Diuin. offic. cap. 20. hæc scribit: secundum autem, hoc non solum agi antiqui moris fuit, sed omnium fuisse precipuum, nam iuxta Ordinem Romanum usque in sabbatum sanctum in vigilia Pasche, septem agebantur scrutinia, ut dum septenario numero implerentur catechumeni daretur illis oratio septiformi Spiritus sancti. Ex quibus, & talibus locis exquisitis duo maxime colliguntur, quæ presens caput attingunt scrutiniorum numerum septem Spiritus sancti charismata, quæ in baptismate percipiuntur inuifese, & in quadraginta dierum solennitate ieiunij, & abstinentiæ dicata, scrutinia celebrari solita esse, quorum primum ita manifeste patet, ut longiori oratione non egeat. de secundo autem paulo diligentius inquiram, quia diligentiore explicationem desiderat. Ut enim certissimum sit ipsa scrutinia maximi ieiunij tempore inita fuisse: adhuc tamen restat querendum, quibus diebus eadem iniri consueverint. De quibus quia alio tempore alia fiebant hoc ex probatis autoribus certi habeo: primum quarto die hebdomadæ tertiæ, secundum labiato eiusdem hebdomadæ tertium quarto sequentis, & septimum, eo, qui inter Christum patientem, & rediuium interiectus est, communi Ecclesiæ consuetudine facta fuisse. reliqua, quartum, quintum, & sextum nullum tempus certum, sed varium Episcopi arbitratu habuerunt.

M m iij

Scrutinia
cur essent
septem
Scrutinia
celebrantur
in Quadragesima.

Scrutinia
singula
quibus diebus
celebrantur.

de Offic.
Miss.

Primum ex Ordine Romano latis probatur
his verbis: *ita tamen agendum est, ut a primo scruti-
nio, quod incipit tertia hebdomada in quadagesi-
ma, usque in sabbatum sanctum in vigilia pasche
septem scrutinia esse debeant, & ex Ruperto la-
bate lib. 4. de diuin. Offic. cap. 18. vbi habet
quarta feria noua Ecclesia celebrantur in tria, que
pellantur scrutinia. harum enim authoritas
altera tertiam hebdomadam, altera vero qua-
rtum diem nobis insinuat; que, si simul con-
gantur, diem quartum hebdomadae tertie aper-
constituunt. Iisdem authoribus etiam secun-
dum probari potest. nam Ordo, postquam pri-
mum scrutinium absoluit, inquit: *finis est
Missarum sollemnis, omnes communicant, presby-
teros infantes, deinde annunciat presbyter, ut in
hebdomada reuertantur ad scrutinium, dicentibus
sabbati veniente, colligite vos ad Ecclesiam illam, et
illam. Rupertus vero eiusdem libri cap. 20. in
hunc modum edisserit: feria quarta, hoc est
hebdomadae tertie finis Missarum sollemnis an-
nunciabat presbyter, ut in ipsa hebdomada reuer-
rentur ad scrutinium, ita dicendo: die sabbati venien-
te colligite vos tempore ad Ecclesiam illam, sabbat-
lam, donec septem, ut dictum est, scrutinia comple-
rentur. De tertio autem plura Patrum testimonia
existunt; sed illud Bernonis Augiensis omnino
clarissimum esse reor, l. 1. de Eccl. Off. c. 8. dicitur
secunda varietas in quarta hebdomada. Quadagesima
in 4. feria, memorata quarta feria apud cultores
sua, in apertione aurium dicitur, quod maximum est
septem scrutinia. Quid singulari viri doctrina. Ru-
pert. Abb. & lectione incredibili, ipse ne eam,**

Tertia Iu-
dæorum
tribus Deo
mancipata
Cur scru-
tinium ter-
tium cele-
stis solen-
nius esset.

Scrutinium
tertium qua-
re fer. 4. heb-
quadrag.
celebrare-
tur.

Sed præter hanc rationem, quæ ex veterum Patrum testimoniis elicitur, aliæ quoque probabiles multæ afferri possunt, ex Iudæis enim qui veri numinis cognitionem hausserant, etia tribus excellentiori ratione Domini quo est mancipata. Sic reliquis scrutiniis quibus baptizandi fide, & moribus instruuntur, par fuit tertium diligentia, & dignitate antea. in quarta vero feria præstantis, æque nature stellarum globos effecit, & præcipi, ac moderatori luminum reliquorum Lunæq; coniunxit; ut propterea expellere videretur, eodem die fideles spiritualiter concipi Christo, qui sol est, Ecclesiæque Lunæ spiritibus referenti, fidei, speique vinculo copulari, quemadmodum die quarto nostre redemptionis initium est factum; quando præceptum dominus à temerario discipulo prodigiosè durissimis peccati, & diaboli vinculis obstituto humano generi, & terribimo Inferorum dominatu oppresso lucem & libertatem, salutemque afferret; sic eodem ad redemptionis fructum præcipue parari, æquū fuit. Hæc cum scripserem, animadverti, Guhelinum Dominum eadem scribere in ration. Divin. Offic. de fer. 4. heb. 4. Quadrag. & gavius quæsum, in rationibus, quæ ad verum ipsum, æque quam proximè accedunt, excogitandis mihi cum viro erudito convenisse. Sed alias tamen rationes, quæ ingenio è ab eo cõseriptæ sunt, & mihi cogitanti in mentem venerunt, libere sumè omittito; ne ea, quæ ipsi peperimus, aliter de didicisse videamur. Itaque ad quartum proba-

tionem accedam; quæ eo facilius mihi vide-
tur, quo plura testimonia veterum scriptorum
afferri possunt. non solum enim Ordo Roma-
nus id asseruit tit. de Offic. Miss. cum in hæc
verba locutus est: *ita tamen agendum est, ut à*
prima scrutinio, quod incipit tertia hebdomada in
Quadragesima, usque in abbatum sanctum in vigi-
lia Pasche septem scrutinia esse debeant, secundum
primam septem donorum Spiritus sancti, ut, dum
septenario numero implebuntur, deur illis gratia
spiritus sancti. Item annūciat presbyter,
versu sancto Sabbato hora tertia reuertantur ad Ec-
clesiam: sed & plures alij literis consignarunt,
praesertim vero Albinus Flaccus lib. de Diuin.
Offic. cap. de sabb. S. Pach. vbi, allata Ro-
mana Ecclesie consuetudine, sic inquit: neque
huc mittendum est, quod Romani infra Quadragesi-
nam sex scrutinia celebrant, & hodie septimum. Re-
stitae quintum, cuius veritas & fides quamuis
non ita apertis testimonijs nitratur, tamen con-
iecturis, ac rationibus facile conuinci potest.
primo qui Patres, qui de Diuin. Offic. scripse-
rant, & cæmonias, siue ritus, qui singulis die-
bus seruantur diligenter, & accuratè tractave-
rant, scrutinijs quarti, quinti & sexti, sicut cæte-
rorum, nisi iam meminere. deinde quia Ordo
Romanus, qui totā hanc rē cumulatissimè per-
sequutus est, vbi primo, secundo, tertio, ac sep-
timo sua tempora assignantur, presbytero li-
berā potestatem facit, de alijs tribus, quæ malit,
diē indicendi. scribit enim: iterum annūciat pres-
byter, qualē diem voluerit in sequenti hebdomada qua
reuertantur ad scrutinia. Et ut celebraturi venerint,

ipsum scrutinium faciunt per ordinem, sicut illi
priora ante aurium apertionem fecerunt, postea
nunciat presbyter, ut ipsa hebdomada, qua die
ad quam Ecclesiam voluerit, revertantur ad
vium quintum, & ut venerint, faciunt ipsum
scrutinium per omnem ordinem, sicut antea fecerunt.
Hoc expleto, iterum annunciat eis, sicut superius
revertantur ad scrutinium sextum in sequenti
domada ultima ante Pascha, qua die, vel apud
cunamque Ecclesiam voluerit; & complent ipsum
scrutinium, vel missam per omnia: sicut antea
runt. Si quis igitur allata testimonia con-
ferret, in diebus quadraginta, pœnitentiæ dicti
omnia scrutinia celebrata esse, fatebitur.
cum alibi hodie, tum præcipue Mediolani
bilibi vestigio expressum est; cum in certo
narum precum, & sacræ liturgiæ codice, quæ
ea tempora pertinet, non rara eius comen-
dinis mentio fiat: atque sabbatum hebdom-
dæ quartæ, ad *sicentes*, inscribitur: propter
quod qui divini baptismatis fontem sicut
ad scrutinia invitabantur: quemadmodum
initio missæ *sicentes venite ad aquas* intelligi
test. Neque vero tamen ita scrutinia quatuor-
agesimæ tempore celebrata esse, credere o-
porteret, ut existimemus, de iis, qui in Pentecostis
baptizabantur, accipi debere. probabile est
est, singulis baptismi temporibus sua
separatim statuta fuisse: ut præfinito tempore
baptizandorum vita, & mores inquiri possent.
quare, quod solūmodo scrutinia, quæ in qua-
dragesima fiebant. monumentis tradita re-
periuntur, ex ea consuetudine profectū est, quod

Scrutinio-
rū vestigiū
in Ecclesia
Ambrosia-
na.
Sabbatum
ad sit entes
cur ita vo-
cetur.
Scrutini-
pro bap-
tismo Pen-
tecostes
non cele-
brantur in
Quadrag-
Cur scru-
tiniorum
pro bap-
tismo Pen-
tecostes nul-
la mentio
fiat.

plares in Paschate, quam Pentecoste cœlesti
sacro tingebantur: vt celebrioris baptisma-
tis vltus totam scrutiniorum rationem sibi vin-
dicarit. Sed hæ coniecturæ sunt, quæ disputa-
tionibus huc, & illuc trahuntur, nullam adhi-
bent periuadendi necessitatem. continebo i-
gitur me, ne in incognito assentiar.

*Scrutinia nocte, an interdium fierent: ea publice in Ec-
clesia facta fuisse. & futurum in praece-
denti indicari solitum.*

CAP. XXIV.

Videamus id, quod sequitur: scrutinia ne
nocte, an interdium fierent. hoc mihi ex
temporis tractatione superest, de quo nihil ra-
tu afferre possum, æquante temporis mutatio-
nem ipsorum rituum varietate. certe S. Au-
gustini temporibus, cum aurei mores & Chri-
stiana simplicitas vigeret, de multa nocte, ar-
que in ipsis fidelium excubiis celebrari, mos e-
rat: sicut indicant illa eiusdem verba lib. 2. de
symb. ad catechum. cap. 1. quid est dilectissimi,
quid a vobis celebratum est? quid est, quod hac nocte
inter vos actum est? quod prateritis noctibus actum
non est, vt ex locis secretis singuli produceremini in
conspectum totius Ecclesie, ubi ceruice humiliata, qua
male fuerat antea exaltata, in humilitate pedum cri-
stis substrato, in vobis celebraretur examen, &c. Sed
subsequenti tempore mortalium licentia, mo-
resque perditæ noctis tempus in tertiam diei

Scrutinia
nocte cele-
brata.

Scrutinia
quando,
curæ hora
diei tertia
celebrari
incepe-
runt.

horam commutandi locum, atque occa-
 nem præbuere. quod apud Ordinem Rom-
 num multis locis videmus, præsertim vero in
 verbis: *scrutiny diem dilectissimi fratres, qui ad
 nostri diuinitus instruatur, imminere cogit
 ibidemq; solita deuotione succedente, sequenti qua-
 feria, circa horam tertiam conuenire dignemini,
 celeste mysterium, quo Diabolus cum sua pompa
 destruitur, & ianuam regni celestis aperitur, uocandi
 li, Domino iuuante, ministerio peragere ualeamus
 & paucis interiectis: ut autem ad Ecclesiam uen-
 rint, sicut diximus, quarta feria, hora tertia, scriba-
 tur nomina infantum, uel eorum, qui ipsi instru-
 ri sunt, & diaconus clamet, dicens: Catechumini
 procedant, & uocentur ipsi infantes ab Aq[ui]
 Ecclesiam per nomina, uel ordinem, sicut scriptum
 memorata quarta feria apud cultores Ecclesiam
 tione aurium dicitur. eadem die instruuntur
 thoribus, & in ijs quatuor Euangeliorum. uerbo
 neditio cineris ad eos, qui scrutiny sunt habituri,
 baptizari desiderant. præterea apud Rupertum
 Abbatem lib. 4. de Diuina. Offic. cap. 20. in
 integrum Ordinis locum ita transcripsit: *quar-
 ta feria scrutiny sic erat ad catechumens præpa-
 ciandun: scrutiny diem dilectissimi fratres, qui ad
 nostri diuinitus instruatur, imminere cogit
 ibidemq; solita deuotione sequenti quarta feria circa
 ram tertiam conuenire dignemini, ut celeste mys-
 terium, quo diabolus cum sua pompa destruitur, in-
 pabili ministerio peragere ualeamus. Deinde uerbo
 illud accedit, præsentis disputationi maxime
 congruum, quod scrutiny publicè in Ecclesia
 non domi in priuatis ædibus, fieri solebant.**

Scrutinia
 publicè in
 Ecclesia fie-
 bant.

dicitur est enim in Ordine Romano, & Ru-
 perio Abbate: finis Missarum solennis, & colli-
 guntur temporibus ad Ecclesiam illam. rursus: hora
 reuertantur ad Ecclesiam. Futurum autem
 scrutinium in precedenti baptizandis indiceba-
 tur, quod iisdem authoribus affirmare possum.
 sequentem norisima sunt illa loca: annunciat pres-
 byter, ut in ipsa hebdomada reuertantur ad Ecclesia,
 annunciat presbyter, ut in ipsa hebdomada reuer-
 tantur ad Ecclesiam, annunciat presbyter, ut in ip-
 sa hebdomada reuertantur ad scrutinium; incipit
 denunciatio scrutini ad electos, deinde annun-
 ciat presbyter, ut in ipsa hebdomada reuertantur ad
 scrutinium: quarta feria scrutinium sic erat ad cate-
 chizandos pronuntiandum, finis missarum solennis
 annunciat presbyter, ut in ipsa hebdomada reuer-
 tantur ad scrutinium; & similia alia quae ipsos le-
 gibus frequentissime occurrunt, sed a nobis pre-
 termittuntur studio breuitatis, cum memineri-
 mus verba, quae in exordio Missae sabbati
 quarti Quadragesimae leguntur, *sicentes venite*
ad uas, antiquae consuetudinis vestigium esse.
 quibus cognitis, longiori probatione immora-
 ti, superuacaneum est.

Scrutinium
 futurum i-
 dicebatur
 in praece-
 denti.

Vestigium
 in icendi
 futu um
 Scrutinium
 in anteco-
 denti.

Quibus caeremoniis scrutinia conficerentur.

CAP. XXV.

Fuit etiam in more positum apud maiores,
 ut scrutinia certis quibusdam caeremoniis,
 & ritibus religiosè conficerentur; quo maiori
 pietate fideles ad ea accederent. Sed, cum

Scrutinia septem, ut dictum est, scrutinia essent. tam
omnia iisdem ceremoniis peragebantur: que
admodum significant verba Ordinis Romani
ipsum scrutinium faciunt, sicut illa duo praece-
ptum aperitionem fecerunt: & faciunt ipsum
scrutinium per omnem ordinem, sicut antea fecerunt
item, ut compleant ipsum scrutinium, ut mo-
per omnia, sicut anteriora fecerunt, quatenus
ea ceremoniae fuerint, non inutile dico
care. Primo itaque omnium nomina, quae
prioribus scrutiniis descripta fuerant, de
la publice recitabantur: ut quicumque
erant, ex clero, siue populo, eorum vitam
mores commodius obseruare possent. quod
re videndum B. Gregorij sacramentarium &
Ordo Romanus, qui totam hanc quaestione
copiosissime tractauerunt. & quoniam de
dem in nomine baptizandorum satis
diximus, illinc assumes, quae ad hunc locum
pertinebunt. Post haec ad morum, atque
disquisitionem animum appellebant. unde
S. Augustinus ex *aminis* nomen scrutiniis
posuit lib. 2. de fid. ad catech. m. cap. 1. quod
dilectissimi, quod in vobis celebratum est: quod
quod hac nocte circa vos actum est: quod praece-
noctibus actum non est, ut ex locis secretis singulis
duceremini in conspectum totius Ecclesiae, ubi
suce humiliata, qua male fuerat antea exaltata,
humilitate pedum, cilicio substrato, in vobis celebrat-
retur examen, &c. & Concilium Carthagenense
quartum cap. 85. verbum examinandi pro
tandi adhibuit: baptizandi nomen suum deus
diu sub abstinentia vini, & carnum, ac
impugnare

Scrutinio-
rum cere-
monie
quatenam
essent.

Recitatio
nominum,
prima ce-
remonia.
Morum,
& fidei dis-
quisitio, te-
cunda ce-
remonia.

quod hac nocte circa vos actum est: quod praece-
noctibus actum non est, ut ex locis secretis singulis
duceremini in conspectum totius Ecclesiae, ubi
suce humiliata, qua male fuerat antea exaltata,
humilitate pedum, cilicio substrato, in vobis celebrat-
retur examen, &c. & Concilium Carthagenense
quartum cap. 85. verbum examinandi pro
tandi adhibuit: baptizandi nomen suum deus
diu sub abstinentia vini, & carnum, ac
impugnare

impulsionem crebra examinari, baptismum percipiant.
 Et eadem S. Augustinus innuere videtur,
 et eorum tempore eos, qui disquirendi e-
 rant, vitam pie, & religiosè traduxisse. quod
 propterea factum existimo, vt ipsi dignitatem
 suam, nemine contradicente, declararent: an
 ad eos inquit li. de fid. & operi. *disimulamus*
in nobis nostris, vt vel nos ipsos non recordemur,
quam fuerimus attentis, atque solliciti, quid nobis
impulerent, à quibus catechizabamur, cum fontis il-
lus sacramenta peteremus, atque ad hoc competentet
eam vocaremur: vel non intueamur alios, qui per
periculosos ad lauacrum regenerationis accurrunt,
quales sunt ipsi diebus, quibus catechizantur, scru-
tantur? Atque hoc à multis Patribus clarius
 explicatum fuisse, qui eos euoluerit, facile in-
 telliget. Rupertus enim Abbas lib. 4. de Di-
 uina. Offic. cap. 18. quarta, inquit, ergo feria nona
 celebratur in iuria, que appellantur scrutinia;
 scrutinia vero dicuntur à scrutando; quia perscru-
 tantur erat in his, qui accedebant, ne qua radix a-
 mantudinis subesseret, velut fuit in Simone Mago. &
 Hago à S. Victore lib. de sacram. cap. 17. de
 die scrutini, eandem sententiam explicans,
 ait: quia prædicta quarta feria de fide inquiruntur,
 & instruantur; ideo dies illa, dies scrutini, & of-
 ficiam illud scrutinium appellatur. Quod tamen
 de fide inquisitione est dictum, non ita in-
 telligi volo, vt, qui eam penitus non hausis-
 sent, à baptismo rejicerentur. nam verissi-
 mum est, in pluribus scrutiniis eos, qui nescie-
 bant, fidei rudimenta edoctos esse: vt ex illo
 Ordinis Romani colligere possum: *scrutini*
tur.

N II

In scruti-
 niis fidei
 rudimenta
 quâdoque
 explicabã-
 tur.



UNIVERSITÄTS-
 BIBLIOTHEK
 PADERBORN

dilectissimi fratres, quo electi nostri a vobis
 instruuntur, immutare cognoscitis & intra certam
 uinam misericordiam omni pietatis obsequio
 implorat: da qua sumus Domine electi nostri, a
 sanctis edocti mysteris, & renouentur fonte bap-
 tismatis, & inter Ecclesie tuae membra numeremur.
 Amalarius quoque Fortun. li. 1. de Ecd. Officiis
 fidem suam profert his verbis: scrutinium pro-
 prium hinc agna habet, & propriam missam
 missa, quam publicam vocamus, est modo dicitur
 in ea commemoratio celebratur eorum, quae aguntur
 scrupulo, duo officia ibi aguntur, imbutio namque
 & moribus. Accedit alia autoritas Roderici
 Abbatis non minoris potestatis, & momenti
 quidem cum saepe alibi hanc consuetudinem
 tradidit. tum praecipue lib. 4. de Diuin. Officiis
 cap. 20. ita scribens: quarta feria scrutinium
 erat ad catechumenos pronuntiandum: scrutinium
 dilectissimi fratres, quo electi nostri diuini instruuntur,
 immutare cognoscite. Quibus omnibus
 gregie conueniunt. quae ex Hugone Victorino
 lib. 4. de Diuin. Officiis cap. 20. hic adscriptum
 quia praedicta quarta feria de fide inquiruntur, &
 instruuntur: ideo dies illa dies scrutini, & officium
 illud scrutinium appellatur. His peractis, genua
 ad Deum quinque flexis genibus fundere. In
 totidem vicibus ab humo surgere, Diaconus
 imperabat; ut quinque Christi plagas, vni-
 vis omnis expiandi ad baptismum deriuatis,
 frequenter meditatione recolendas, & cele-
 tam sibi lucem a sole iustitiae iteratis precibus
 implorandam esse, cognoscerent. tum eis

Quinquies
 homi ster-
 ni, & toti-
 dem vici-
 bus surge-
 re, tertia
 caereonia

ceptores, & susceptrices, vna cum acolytho, & infra, cum
 saluarem crucis notam in fronte imprime-
 bant: & deinceps acolythus, manu capiti im-
 polita, sacra carmina, & solennes exorcismos
 adhibebat. quæ omnia vno loco fuse comple-
 tus est Ordo Romanus de Offic. Miss. his ver-
 bis. *venentur infantes ab acolytho per nomina, vel
 aduocatos scripti sunt, & statuuntur, ut prius, &
 postea aduocentur à diacono ita: orate electi: flectite
 genua, & postquam orauerint, dicar: leuate, complete
 matrem vestram, & dicite amen. & respondeant
 amen. item dicat diaconus, signate illos, acce-
 dite ad benedictionem, & signent illos infantes in
 frontibus eorum in patris, vel matris, cum pollicibus
 suis dicendo: in nomine patris, & filij, & spiritus san-
 cti, & imponat manum super eos, his verbis: Deus
 Abraham, Deus Isaac, &c. & hoc signum sanctæ
 crucis, quod nos frontibus eorum damus, tu maledicte
 diabole nunquam audeas violare, & annunciat dia-
 conus, dicens: orate electi, flectite genua, & reliqua.
 & signant patris, ut prius, & sequitur alius aco-
 lythus, ut super masculos faciat crucem, sicut prius
 fecit, & imponens manus super eos, dicit: audi male-
 dicte satanas adiuratus per nomen æterni Dei, &c.
 tunc diaconus dicit: orate electi, & reliqua. & sig-
 nant patris, vel matris, ut superius. inde tertius
 acolythus facit crucem in frontibus puerorum; sicut
 anterior fecit, & imponit manum super capita eo-
 rum, dicendo: exorcizo te immunde spiritus, &c.
 & admonet diaconus, orate electi, & reliqua, sicut
 antea, & signant patris, sicut prius: tunc presbyter
 accedit, faciens Crucem in singulorum frontibus, sicut
 prius, & imponit manum super capita ipsorum,*

Nu ij

Signū cru-
 cis in fron-
 te, quarta
 cetermonia,

dicens hanc orationem . eternam , &c. *aspice*
consummatis , iterum admonentur a diacono
re electi : flectite genua . & post paululum dicit
nate : complete orationem vestram in nomine , &
te , Amen , iterum dicit signate illos , state cum
plina , & silentio , audientes attentè . & signate

Cineris ad- trini , ut *prim.* Ultima omnium fuit cineris
 sperio vi- sacerdote consecrati adpersio , de qua loquitur
 tima care idem * Ordo Romanus , adeo luculentè
 monia totam profequitur , ut nec orationem etiam
 * De de- nunt. scrut. ignorare . sic enim inquit : eadem die in
 ad elect. de auctoribus , & in *tis* quatuor Evangelij
 benedictio cineris ad eos , qui *scrutinia* sunt habituri
 & baptizari desiderant . tum sequitur beati
 Etio : exorciſo te cinis in nomine Dei patris
 tentis , & Iesu Christi filij eius , & spiritus
 qui te per ignem in *ſauillam* conuertit , prout
 ſicut inſuſione Dei per *ſanctum ſamulum* conuertit
 cinis vitule in populo adpersus , omnem *iniquitatem*
 nem Israel ſanctificauit , ita tu exorciſa *in*
 ne S. Trinitatis , adpersus in eis , qui *scrutinia*
 habituri , eos ſanctifices , ut *diabolus* non latet
 manifeſtetur , atque expellatur , ut puri , & *ſancti*
 uentiantur . & paulo post : te item petimus , &
 gamus omnipotens Pater , ut ſicut *Nimitarum*
 lus ad *pradicationem* Iona propheta *inſeruitur*
 etiam Domine exorantes , ſuorum *ueniam* meritis
 conſequi peccatorum ; ita & hi , qui ad tuam *gratiam*
 percipiendam venire desiderant , *amputatis* *maculis*
 bus maculis per ſacri *baptismatis* *regenerationem*
 ſuorum finem conſtituant . *uotorum* , per *tonem* *ſcripturam*
 cineres super eos , qui *scrutinia* sunt habituri , *ſignati*
 ſus ibidem : eadem die percipiunt orationem

rit. ac (er
m, &c. apu
ur a daco
i paulum de
m in romu
illos, stare
enti, & sp
ium sunt ca
io, de qua lo
o luculent
tionem eam
idem die in
Euangeliu
tima sunt ha
sequitur bea
Dei patris
& spiritui
ueris patre
malum con
ommem
orci, a
qui serua
olis non lae
puri, & fru
m petim
Uniuersarum
ete m
ueniam me
ad tuam gra
mpuati
regenerati
per sone
habita
at oratione

Symbolum ad reddendum in sabbaro s.
Videmus igitur priori loco cine-
ren super baptizandorum caput adpersum
fuisse, ve sanctitatem & innocentiam, qua in
baptismo percipitur, ante oculos proponeret.
quod verita sit (nihil enim pugno) quid prohi-
bet aliam rationem adijcere? etsi enim ambi-
tiosi, & auidi nouarum rerum fortasse videri
possit, non acquiescere in tanti Authoris sen-
tentia; tamen datur haec venia veterum rituum
scripturis, vt in consuetudinum ratione suu
interponant iudicium, & si quid verisimile
videatur, pro confesso adhibeant, quod & fe-
cimus alias saepe, & nunc faciendum nobis ar-
bitramur, vt veritas clarius innotescat. Quare
nostra ea de re sententia haec est, cineris ad-
spersionem ad vitæ incommoda, & volunta-
rias penas illos, qui baptizandi erant, inuitas-
se, quoniam apud veteres cum Hebraeos, tum
fidei Christianæ professores, quicumq; admisi
sceleris penas dabant, cinere caput adspere-
re soliti erant, de quo tunc dicemus, cum poe-
nitentiae ritus persequemur. De hac autē causa
iudicent alij, vt velint, nos sane probabilia at-
tulimus, quæ sequi facile, affirmare vix pos-
sumus. Atque haec caeremonia, & reliquæ om-
nes penitus abolitæ sunt: nisi quod interpola-
tis vicibus orandi, & surgendi vestigium in Ec-
clesia Mediolanensi permansit: quando die re-
dempto orbi dicato Canonici Ordinarij, Ar-
chidiacono indicente, aliquoties ingenua pro-
cumbunt, nam hos electorum vices sustinere, profecta.

Cinīs super
caput bap-
tizandorū
quae ad-
spere-
tur.

Cineris ad-
spargendi
alia causa.

Poenitētes
tum He-
braei, tum
Christiani
cinere ca-
put adper-
gebant.

Scrutiniōrū
caeremoniæ
omnes a-
bolitæ.

Prostratio
Canonico-
rum Ordi-
natorum
die Veneris
Sancti vnde



ex plurimis argumentis, quæ afferri possunt
illud maximū est, quoniam eadem verba
in scrutiniis, *flectite genua*, & *leuati*, non
gravi mysterio adhibentur.

*Scrutiniis etiam infantes subiectos fuisse: & sigilla
de vnoquoque facta: deque habitu, & circū
tione eorum, qui ad scrutinia accedebant,
ac cæteris ad scrutinia per
tinentibus.*

CAP. XXVI.

Scrutiniis
subiiciebā-
tur etiā in-
fantes, &
quomodo.

Sed iam, scrutiniolorum ritibus expositis,
nam illis se subiicerent, lectorem docere
oportet. quamuis vero consuetudinis ratio
ad solos adultos pertinere videatur: dicendum
consequar tamen, ut omnes intelligant, etiam
infantes scrutiniolorum lege strictos fuisse
quidem ut fidei, aut morum rationem sacerdoti-
bus redderent, (quod præstare per se
non licebat) sed ut cæremoniis, & ritibus præ-
sertim exorcismo lustrarentur. quod Patres
Concilij Bracharensis secundi cap. 9. exorcismi
purgationem vocauerunt his verbis: *præparat
Quadragesima seruare ieiunia, & mediante
dragesima ex viginti diebus baptizandos infantes
exorcismi purgationem offerre. Sed apertius testi-
monium ex Ordine Romano petere licet, quod
in denunciatio. scrutini. ad elect. sic ait: quarta
ria, hora tertia, scribantur nomina infantum
eorum, qui ipsis suscepturi sunt. & diaconus illis*

met, dicens: catechumeni procedant, & vocentur ipsi
 in auribus ab acolytho in Ecclesiam per nomina, vel or-
 dinationem, sicut scripti sunt. eadem die instruuntur de
 verbis, & intus quatuor Evangeliorum. item
 benedictio cineris ad eos, qui scrutinia sunt habituri,
 & baptizari desiderant. oportet autem superio-
 ra verba, quae infantum meminerunt, cum iis,
 quae de scrutiniis infra subduntur, copulare: ut
 ex omnibus integrum sentum, infantem scruti-
 nis subditos fuisse contineas. Rursus haec
 scrutinia non de omnibus generatim, atque v-
 niverse, sed figillatim de vnoquoque fiebant.
 inquam sententiam scripsit sanctus Augusti-
 nus lib. 2. de Symbol. ad catechumen. cap. 1.
 quod est dilectissimi, quod a vobis celebratum est: quid
 est, quod hac nocte circa vos actum est: quod praeteri-
 to noctibus actum non est, ut ex locis secreti singu-
 la produceremus in conspectum totius Ecclesiae. Vbi
 terrore humiliata, quae male fuerat antea exalta-
 ta, in humilitate pedum, cilicio substrato, in vobis re-
 lebraretur examen, ut quae ex vobis extirparetur Dia-
 bolus superbus, dum super vos invocatus est humilis
 altissimus Christus? Quo loco aduerte, habitum
 eorum, corporisque constitutionem fuisse, ut
 capite demisso, nudis pedibus, & cilicio sub-
 strato ad scrutinia accederent. Magna sane
 pietas, & tanto mysterio digna; in qua nos
 etiam explicanda diutius moraremur, nisi &
 ea, quae de poenitentia, cilicio, caeterisque hu-
 iusmodi supra dicta sunt, huc commodè trans-
 ferri possent; & multa alia superessent dicenda,
 quae huic capiti ne cetera
 ordo, & series eorum qui scrutinia subibant:

Scrutinia
 fiebant fi-
 gillatim de
 vnoquoque;

Habitus, &
 constitutio
 eorum, qui
 ad scrutinia
 accedebat.

Ordo & se-
 ries eorū,
 qui scruti-
 nis subii-
 ciebantur.

in qua singularem Christianæ modelle
 ciem videres. hic enim viri ad partem dexte-
 ram seorsum, illic fœminæ ad sinistram in
 statione manebant. Cuius rei plura ex SS. Pa-
 tribus testimonia afferri possunt: sed præcisi-
 atque grauiissimum est, quod apud Ordinem
 Romanum legitur in hæc verba: *dicimus
 met, dicens: catechumeni procedant; & dicitur
 ipsi infantes ab acolytho in Ecclesiam per nomen
 ordinem, sicut scripti sunt, ita dicendo, ille pater
 per singulos statuatur masculi seorsum ad dexteram
 partem, illa Virgo, & sic per singulas statuatur
 mine seorsum ad sinistram partem.* Fuisse præterea
 consuetudinem, vt scrutiniorem die rem
 nam peculiari ratione procurarent, et ver-
 stis non solum annalibus, sed etiam liturgi-
 apparet. quod ipsum in Ordine Romano pe-
 spicuum est, vbi ait: *finis Missarum salu-
 communicent omnes, & Amalario Fortunato li-
 I. de Eccles. Offic. cap. 8. scrutinium postquam
 Ele intelligere iter ad baptismum. scrutinium pro-
 prium syntagma habet, & propriam missam. Quæ
 vero hic notatu dignum existimaui, illud placet
 est, oblationis tempore susceptores, & pater-
 tes pro filiis munera æterno nummi oblatio-
 scribit enim Ordo Romanus de Offic. Missæ
 rum, & offeruntur oblationes à parentibus, vel à
 his, qui ipsos suscepturi sunt, & ponit ipsas sacras
 super altare. & rursus infra: *ipsis expletis, annuntiat
 Diaconus: Catechumeni recedat, si quis Catechumenus
 est, recedat: omnes Catechumeni exeat foras, et
 vero parentes cum infantibus eorum, foris relinquant
 ipsos infantes in custodia, & iterum ingrediantur**

Missæ pecu-
 liaris cele-
 brabatur
 die scruti-
 niorum.

Suscepto-
 res, & pater-
 tes oblatio-
 nis tempo-
 re munera
 offerbant
 pro filiis.

... Ecclesiam tam parentes, quam & illi, qui ipsos in-
 ... suscepturi sunt, cum oblationibus eorum, &
 ... offerunt eas pro ipsis. Quamuis autem hic scruti-
 ... rorum expressa mentio non fiat; tamen de iis
 ... sermonem esse, qui ipsum Ordinem legerit,
 ... facile intelliget. Amplius in verbis canonis,
 ... memento Domine, susceptorum nomina recita-
 ... bantur, quod ipsum fiebat de nominibus eo-
 ... rum, qui scrutiniis subdendi erant, in verbis
 ... dicitur, &c. Vtrumque facile est cognosce-
 ... re ex verbis Ordinis Romani de Offic. Miss.
 ... scribentis: *infra canone[m], ubi dicit, memento*
 ... *Domine famulorum, famularumque qui electos tuos*
 ... *suscepturi sunt ad sanctam gratiam baptismi tui, re-*
 ... *feruntur nomina virorum, ac mulierum, qui ipsos sus-*
 ... *cepturi sunt infantes, item infra Agendam, hanc*
 ... *oblationem seruitutis nostrae, sed & cuncte sa-*
 ... *mulatue quae sumus Domine, ut placatus accipias,*
 ... *quam tibi offerimus pro famulis, & famulabus tuis,*
 ... *quoniam ad aeternam vitam, & beatum gratiae tuae donum*
 ... *eligere, atque vocare dignatus es. hoc expleto, recitan-*
 ... *tur nomina electo-ru[m].* Si quaerat aliquis, num ser-
 ... utinia singulis ad baptismum accedere volenti-
 ... bus necessaria fuerint, eam partem, quae affir-
 ... mat, plurimis, nec contemnuendis rationibus
 ... tuebor. primo, quia sine illis minime electio
 ... fiebat, cum utraque vicissim inter se commea-
 ... ret. secundo, quod a Patribus scrutinia aut iter
 ... ad baptismum, aut preparatio dicuntur; quae pro-
 ... culdubio ad terminum, vel formam necessa-
 ... ria connexionem referuntur. Amalarius Fortu-
 ... natus lib. 1. de Eccles. Offic. cap. 8. sic inquit:
 ... scrutinium possumus recte intelligere iter ad bap-
 ...

Susceptoru[m]
 nomina re-
 citabantur
 in verbis
 canonis me-
 memento &c.
 & eorum,
 qui scruti-
 niis subde-
 bantur, in
 veris, hanc
 igitur, &c.

Scrutinia
 omnibus
 baptizari
 volentibus
 necessaria
 erant.

mum. Vualfridus autem Strabo lib. de reb. Eccl. cap. 26. alij addiderunt in baptis-
 mato exorcismos, alij consecrationem fontis, alij
 vel salis infusionem, alij catechum. norum
 bilem instructionem, alij scrutinia diligenti
 tantum mysterium preparationis statuerunt. & H
 go a S. Victore lib. de sacram. cap. 17. in qua
 feria quarta hebdomada Quadragesime silenti
 iunium celebratur, quod est iter ad baptis-
 mum. quia Albinus Flaccus lib. de Divin. Of-
 fic. cap. de bapt. Dom. ait: in baptizando
 qui secundum Apostolicam regulam & exor-
 scrutandi, & ieiunio sanctificandi, & frequen-
 predicationibus imbuendi, duo tantum tempo-
 scha, & Pentecosten esse seruanda. Quod siet
 postolica regula scrutinia fiebant, igitur nec-
 saria erant. Ea tamen necessitas, immo de
 postmodum, succedente paruulorum bap-
 mate, ab Ecclesia sublata est. circiter annis
 a Virgine puerpera DCCCLX. cum Ludol-
 cus, & Lotharius Christiana Reipublice
 perium tenerent cuius rei multa argumeta
 sunt: qualia posteriores omnes scriptores
 consuetudinem nusquam sua etate cognoscit,
 & Rupertum Abbatem, nec non Hugonem
 in praterito tempore. sebat, erat, vel similia
 cutos esse. Adhuc tamen in quibusdam Eccle-
 siis septem fieri scrutinia, auctor est Gulielmus
 Durantus li. 6. ration. Diu. offi. de 4. fer. heb-
 4. Quadrag. quod an viro erudito, sine aucto-
 ritate, sit credendum, atq; iudicari.

Scrutinio-
 rum vsus
 quado ces-
 sauerit.

Scrutinia
 in quibus-
 dam Eccle-
 siis etiam
 unnc adhi-
 bentur.

IOSEPHI